

www.e-rara.ch

Omnes quae extant D. Hieronymi Stridonensis lucubrationes

Hieronymus, Sophronius Eusebius

Basileae, [1536-1538]

Universitätsbibliothek Basel

Shelf Mark: FM1 II 1-6

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-62470>

Commentariorum Hieronymi in Matthaeum liber secundus

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]



T factum est &c. Ioannes autem cum audisset in uinculis opera Christi &c.] Non qua-

A posse sufficere, semp crux portanda est, ut semp nos Christum amare doceamur. a ¶ Qui recipit uos.] Ordo pulcherrimus. Ad praedicationem mittit: docet pericula non timenda: affectum subiicit religioni. Aurum supra tulerat: aes de zona excusserat. Dura euangelistarum conditio. Vnde

ergo sumptus, unde uictus necessaria: Austeritatem mandatorum, spe temperat promissorum. Qui recipit (inquiens) uos, me recipit: & qui me recipit, recipit eum qui me misit, ut in suscipiendis apostolis, unusquisque credentium Christum se suscepisse arbitretur.

b ¶ Qui recipit prophetam in nomine prophetae &c.] Qui prophetam recipit ut prophetam, & intelligit eum de futuris loquentem,

hic mercedem prophetae accipiet. Igitur Iudaei carnaliter prophetas intelligentes, mercedem prophetarum non accipient. Aliter: In omni professione zizanium mixtum est tritico. Premiserat: Qui recipit uos, me recipit: & qui me recipit, recipit eum qui me misit. Ad susceptionem magistrorum discipulos prouocauerat. Po-

terat occulta esse credentium responsio: ergo & pseudo prophetas & Iudam proditorem debemus recipere, & illis alimoniam ministrare. Hoc dominus ante procurans dicit, non personas suscipiendas esse, sed nomina: & mercedem non perdere suscipientes, licet indignus fuerit qui susceptus sit. c ¶ Et quicumque potum &c.] Legimus in propheta David: Ad excusandas excusationes in peccatis: quod multi peccatorum suorum quasi iustas praetendant occasionem, ut quod uoluntate delinquant, uideantur necessitate peccare. Dominus scrutator cordis & renum, futuras cogitationes in singulis contuetur. Dixerat: Qui recipit uos, me recipit. Sed hoc praeceptum multi pseudoprophetae, & falsi praedicatores poterant impedire, medicatus est huic quoque scandalo dicens: Qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. Rursus poterat alius causari & dicere: Paupertate phibeor, tenuitas me retinet, ut hospitalis esse non possim. Et hanc excusationem leuissimo praecepto diluit, ut calicem aquae frigidae, toto animo porrigamus. Frigida, inquit, aqua, non calida, ne & in calida paupertatis ex penuria lignorum occasio quaerere. Tale quid & apostolus (ut antea iam diximus) ad Galatas praecipit: Communice autem

Gal. 6. b is qui catechizant uerbo ei qui se catechizat in omnibus bonis. Et discipulos ad magistrorum refrigeria cohortatur. Quia poterat quilibet obtinere paupertatem, & praeceptum eludere, prius quam ille praeparat, imminet soluit quaestionem dicens: Nolite errare, deus non irridetur. Quae enim seminauerit homo, haec & metet.

Et est sensus: Frustra causaris inopiam, quum aliud habeat conscientia tua, ne putes fallere cohortatem, sed scito quod quantumcumque seminaueris, tantum & messurus sis.

animam suam propter me, inueniet eam. ¶ Qui recipit uos, me recipit, & qui me recipit, recipit eum qui me misit. ¶ Qui recipit prophetam in nomine prophetae, mercedem prophetae accipiet. Et qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. ¶ Et quicumque potum dederit uni ex minimis istis, calicem aquae frigidae tantum in nomine discipuli: amen dico uobis, non perdet mercedem suam. Cap. XI



T factum est cum consummasset Iesus precipiens duodecim discipulis suis, transiit inde ut doceret, & praedicaret in ciuitatibus eorum. b Ioannes autem cum audisset in uinculis opera Christi, mittens duos de discipulis suis, ait illi: Tu es qui uenturus es, an alium expectamus? Et respondens Iesus, ait illis: Euntes renunciate Ioanni quae audistis & uidistis: Caeci uident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt: Pauperes euangelizantur. Et beatus est qui non fuerit scandalizatus in me. Illis autem abeuntibus, coepit Iesus dicere ad turbas de Ioanne: Quid existis in desertum uidere, arundinem uento agitatam? Sed quid existis uidere, hominem

monstrauit, euangelista referente: Tunc accesserunt ad eum discipuli Ioannis dicentes: Quare nos & pharisaei ieiunamus frequenter, discipuli autem tui non ieiunant? Et alibi: Magister, cum tu praebuisti testimonium ad Iordanem, ecce discipuli eius baptizant, & plures ueniunt ad eum, quasi dixerint: Nos deserimus, hic raritas est: a ¶ Illi uero concurrunt. c ¶ Tu es qui uenturus es &c.] Non ait, tu es qui uenisti, sed tu es qui uenturus es. Et est sensus: munda mihi, quod ad infernum descensus sum, utrum te & inferis debeam nunciare, qui nunciavi superis: An non conueniat filio dei, ut gustet mortem, & alium ad haec sacramenta missurus es? f ¶ Et respondens Iesus ait illis: Euntes renunciate Ioanni quae audistis & uidistis &c.] Ioannes interrogauerat per discipulos: Tu es qui uenturus es, an alium expectamus: Christus signa demonstrat, non ad ea respondens quae interrogatus fuerat, sed ad scandalum nunciorum: Ite, inquit, & dicite Ioanni signa quae cernitis, caecos uidentes, & claudos ambulantes, & reliqua. Et quod his non minus est. g ¶ Pauperes euangelizantur.] Vel pauperes spiritu, uel certe opibus pauperes, ut nulla inter nobiles & ignobiles, inter diuites & egenos, in praedicatione distantia sit. Haec magistri rigorem, haec praepositoris consueprobant ueritatem, quando omnis apud eum qui saluari potest aequalis est. Quod autem ait: b ¶ Et beatus est qui non fuerit scandalizatus in me.] Internuncios percutit, sicut in sequentibus demonstrabitur. i ¶ Illis autem abeuntibus coepit Iesus dicere ad turbas de Ioanne: Quid existis &c.] Si superior sententia contra Ioannem prolata fuerat, ut plerique arbitrantur, in eo quod ait: Beatus est qui non fuerit scandalizatus in me: quomodo nunc Ioannes tantis laudibus praedicat? Sed quia turba circumstantis interrogationis mysterium nesciebat, & putat Ioannem dubitare de Christo, quem ipse monstrauerat digito, ut intelligeret Ioannem non sibi

A nō sibi interrogasse, sed discipulis suis: Quid, inquit, exi-
stis in desertum? Nūquid ob hoc, ut hominem uideretis
calamo similem, qui omni uento circumfertur, & leuitate
mentis de eo ambigeret quem antea prædicat? An for-
sitā stimulis contra me inuidiæ cogitur, & prædicatio
eius uanam sectatur

gloriā, ut ex ea quæ-
rat lucra? Cur diuiti-
as cupiat? ut affluat
dapiibus? Locustis ue-
scitur & melle sylue-
stri. An ut mollibus
uestiatur? Pili camelo-
rum tegmē eius sunt.
Istiusmodi cib⁹ & ue-
stis, carceris hospitio
recipiuntur: & prædi-
catio ueritatis tale ha-
bet habitaculū. Qui
autē adulatores sunt,
& sectantur lucra, &
quarunt diuitias, &
delicijs affluunt, &
mollibus uestiuntur:
isti in domibus regū
sunt. Ex quo ostendi-
tur rigidam uitam &
austeram prædicatio-
nem uitare debere au-
las regū, & mollium
hominum palatia de-
clinare. **a** ¶ Sed qd
existis uidere, pphe-
tam &c. In eo Ioan-
nes prophetis ceteris

B maior est, quod quē
illi prædicauerant esse uenturum: hic uenisse digito de-
monstrauit dicens: Ecce agnus dei, ecce qui tollit pecca-
ta mundi. Et quia ad priuilegium prophetale etiam ba-
ptista accessit præmium, ut dominū suū baptizaret:
unde infert meritorum *αὐτοῦ*, faciens de Malachia testi-
monium, in quo etiam angelus prædicatur. Angelū au-
tem hic dici Ioannem non putemus naturæ societate, sed
officij dignitate: id est nuncium quod ueturū dominum
nunciarit. **b** ¶ Amen dico uobis, non surrexit inter na-
tos mulierū maior Ioāne baptista. Inter natos, inquit,
mulierum. His ergo præfertur hominibus qui de mulie-
ribus nati sunt, & de concubitu uiri, & non ei qui est na-
tus ex uirgine & spiritu sancto, quāquam in eo quod di-
xit: Non surrexit maior inter natos mulierū Ioanne ba-
ptista: non ceteris prophetis & patriarchis cūctisq; ho-
minibus Ioannem prætulit, sed Ioannē ceteris exæqua-
uit. Non enim statim sequitur, ut si alij maiores eo non
sunt, ille maior aliorum sit: uerum ut æqualitatem cum
ceteris sanctis habeat. **c** ¶ Qui autem minor est in re-
gno cœlorum, maior est illo. Multi de saluatore hoc in-
telligi uolunt, quod qui minor est tempore, maior sit di-
gnitate. Nos autem simpliciter intelligamus, quod om-
nis sanctus qui iam cum deo est, maior sit illo qui adhuc
constitit in prælio. Aliud est enim coronā uictoriæ possi-
dere, aliud adhuc in acie pugnare. Quidam nouissimū
angelum in cœlis domino ministrantem: meliorem uo-
lunt accipere quolibet primo homine qui uersē in ter-
ris. **d** ¶ A diebus Ioannis baptistæ usq; nunc regnum
cœlorum uim patitur. Si primus Ioannes ut supra di-
ximus poenitentiam populis nunciauit dicens: Poeniten-
tiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorū: conse-
quēter a diebus illius regnum cœlorum uim patitur, &
uiolenti rapiunt illud. Grandis enim est uiolentia in ter-
ra nos esse generatos, & cœlorum sedem quarere: possi-
dere per uirtutem quod non tenuimus per naturam.

e ¶ Omnes enim propheta & lex usq; ad Ioannem pro-

phetauerunt. Non quod post Ioannem excludat pro-
phetas: Legimus enim in Actibus apostolorū, & Aga-
bū prophetaſſe, & quatuor uirgines filias Philippi, sed
quod lex & propheta quos scriptos legimus, quicquid
prophetauerunt, de domino uaticinati sunt. Quando er-

go dicē: omnes pro-
pheta & lex usque ad
Ioannem propheta-
uerunt, Christi tem-
pus ostēditur, ut quē
illi dixerunt esse uen-
turū, Ioannes uenisse
ostenderet. **f** ¶ Et si
uultis recipere, ipse
est Helias qui uentu-
rus est. Qui habet au-
res audiēdi audiat. Hoc
quod dictū est: si
uultis recipere ipse
est Helias: mysticum
esse & egere intelligē-
tia, sequēs sermo dñi
demonstrat, dicens:
Qui habet aures au-
diēdi, audiat. Si em̄
planus esset sensus &
manifesta sentētia, qd
necesse fuit nos ad illi
us intelligētiā præ-
parari: Helias ergo
Ioannes dicitur, non
secūdm stultos phi-
losophos & quosdam
hæreticos, qui *ἡλιὸν*
introducunt: sed quod iuxta aliud

testimonium euāgelij uenerit in spiritu & uirtute Helias,
& eandem sancti spiritus uel gratiā habuerit uel mensu-
ram. Sed & uitæ austeritas, rigorq; mentis Helias & Ioan-
nis pares sunt. Ille enim in eremo, iste in eremo. Ille zo-
na pellicea cingebatur, & iste simile habuit cingulum. Il-
le quoniam regem Achab & Iezabel impietatis arguit,
fugere compulsus est. Iste quia Herodis & Herodiadis il-
licitas arguit nuptias, capite truncatur. Sunt qui propte-
rea Ioannem Heliam uocari putant: quod quomodo in
secundo saluatoris aduentu iuxta Malachiam præcessu-
rus est Helias, & uenturum iudicem nunciaturus: sic Io-
annes in primo aduentu fecerit: & uterque sit nuncius
uel primi aduentus domini uel secundi. **g** ¶ Cui au-
tem assimilabo generationem istam? Similis est pueris
sedentibus in foro, qui clamantes coæqualibus suis di-
cunt: Cecinimus uobis, & non saltaſtis: lamentauimus
uobis, & non planxistis. Venit enim Ioannes neq; man-
ducans, neque bibens &c. Pueris in foro sedentibus &
clamantibus atque dicentibus ad coæquales suos: Ceci-
nimus uobis, & non saltaſtis: lamentati sumus, & nō plan-
xistis: comparatur generatio Iudæorū, scriptura dicen-
te: Cui similem assimilabo generationē istam? similis est
pueris sedentibus in foro, & reliqua. Non ergo no-
bis tribuitur libera intelligentia, & allegoriæ interpreta-
tio passiuā, sed quicqd dicturi sumus de pueris, ad simi-
litudinem generationis est referendū. Pueri isti qui sedēt
in foro, hi sunt de quibus Elaias loquit: Ecce ego & pue-
ri mei quos dedit mihi deus. Et in XVIII. psalmo: Testi-
monium dñi fidele sapientiā præstans paruulis. Et alibi:
Ex ore infantū & lactentiū perfecisti laudē. Isti ergo pue-
ri sederūt in foro, siue *ἰν ἀγορῇ* q; significatiuē græce dici-
tur ubi multa uenalia sunt. Et qd popul⁹ Iudæorū audi-
re nolebat, nō ei tantū locuti sunt, sed plenis faucib; incla-
marūt: Cecinim⁹ uobis, & nō saltaſtis: puocauim⁹ ut ad
nostrū canticū bona opa faceretis, & saltaretis ad nostrā
tibiā, sicut saltauit & Dauid ante arcam dñi, & nolulistis.

Lamentati

c
A. II. d
et 21. d

c 103
II

d 104
V

c 105
V

f 106
X

g 107
V

D

3. Reg. 19. 4

Esa. 8. d
Psal. 8. d

A Lamētati sumus, & uos ad poenitentiā puocauim⁹: & ne hoc quidē facere uoluistis, spernētes utranq; prædicationem, tam exhortationis ad uirtutes, q̄ poenitentiā post peccata. Nec mirum si duplicem uiam contempseritis salutis: cum & ieiunium & saturitatem pariter spreueritis.

b 108 **V** Si ieiunium uobis placet, cur Ioānes displicuit? Si saturitas, cur filius hominis displicuit? Quorum alterū demoniū habētem: alterum, uoratore & ebrium nuncupastis. Ergo quia uos nolulistis utranque recipere disciplinam, iustificata est sapientia

i 109 **X** a filiis suis: id ē dei dispensatio atq; doctrina. Et ego quia sum dei

k 110 **V** uirtus & sapiētia dei, iuste fecisse ab apostolis meis filiis comprobatus sum, quibus reuelauit pater, quā a sapientibus abscondē-

i 111 **III** rat, & prudentibus apud semetipsos. In quibusdam euangelij

m 112 **III** gitur: iustificata est sapientia ab operibus

n 113 **X** suis. Sapientia quippe non quærit uocis testimonium sed operum.

B **a** ¶ Tunc coepit exprobrare ciuitatibus in quibus factæ sūt plurimæ uirtutes eius, quia nō egissent poenitentiā.]

Exprobratio ciuitatū Chorozaïn & Bethsaïda & Capharnaū, capituli huius titulo pandit: Quod ideo exprobrauerit eis, quia post factas uirtutes & signa quāplurima, non egerint poenitentiā. **b** ¶ Vā tibi Chorozaïn: Vā tibi Bethsaïda, quia si in Tyro & Sidone factæ essent uirtutes quæ factæ sunt in uobis &c.] Chorozaïn & Bethsaïda urbes Galilææ a saluatore planguntur, quod post tāta signa atq; uirtutes non egerint poenitentiam, & præferuntur eis Tyrus & Sidon, urbes idololatricæ & uitij deditæ. Præferuntur autem ideo, quod Tyrus & Sidon naturalem tantū legem calcauerint: istæ uero post transgressionem naturalis legis & scriptæ, etiam signa quæ apud eas facta sunt parui duxerint. Quærim⁹ ubi scriptum sit, quod in Chorozaïn & in Bethsaïda dominus minus signa fecerit. Supra legim⁹: Et circuibat ciuitates omnes & uicos, curans omnem infirmitatem, & reliqua. Inter cæteras ergo ciuitates & uiculos æstimādum est in Chorozaïn quoq; & Bethsaïda dominum signa fecisse.

c ¶ Et tu Capharnaū nunquid usq; in cælum exaltaberis: usq; ad infernum descendes.] In altero exemplari reperimus: Et tu Capharnaū quæ usq; in cælum exaltata es, usq; ad inferna descendes. Et est duplex intelligentia. Vel ideo ad inferna descendes, quia contra prædicationem meā superbissime restitisti. Vel ideo, quia exaltata usq; ad cælū, meo hospitio, & meis signis atq; uirtutib⁹, tantum habens priuilegiū, maioribus plesteris supplicij, q̄ his quoc; credere noluiisti. **d** ¶ Quia si in Sodomis factæ fuissent &c.] Quærat prudens lector & dicat: si Tyrus & Sidon & Sodoma potuerunt agere poenitentiam ad prædicationem saluatoris, signorumq; miracula: non sunt in culpa quod nō crediderunt, sed uitium si lentij in eo est, qui acturis poenitentiam noluit prædicare. Ad quod facilis & aperta responsio est, ignorare nos

filij suis. **b** Tunc coepit exprobrare ciuitatibus in quibus sunt factæ plurimæ uirtutes eius, quia non egissent poenitentiā. Vā tibi Chorozaïn, uā tibi Bethsaïda, quia si in Tyro & Sidone factæ essent uirtutes quæ factæ sunt in uobis, olim in cilicio & cinere poenitentiā egissent. Verū tamē dico uobis: Tyro & Sidoni remissius erit in die iudicij q̄ uobis. Et tū Capharnaū, nunquid usq; in cælū exaltaberis? Usq; in infernū descendes. **i** Quia si in Sodomis factæ fuissent uirtutes quæ factæ sunt in te, forte māsissent usq; in hunc diē. Verū tamen dico uobis, quia terræ Sodomorū remissius erit in die iudicij q̄ tibi. **n** In illō tempore respondens Iesus, dixit: Confiteor tibi pater dñe cœli & terræ: Quia abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Itā pater, quoniā sic placitū fuit ante te. **o** Omnia mihi tradita sunt a patre meo. **m** Et nemo nouit filium nisi pater: neq; patrē quis nouit nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. **n** Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Tollite iugum meū super uos, & discite a me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris, iugum enim meū suauē est, & onus meum leue est.

iudicia dei, & singularum dispensationū eius sacramenta nescire. Propositum fuerat domino Iudææ fines nō excedere, ne iustam pharisæis & sacerdotibus occasionem persecutiōis daret. Vnde & apostolis ante passionē præcepit: In uiam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorū ne intraueritis. Chorozaïn igitur & Bethsaïda damnantur, quod præsentī domino credere noluerunt. Tyrus & Sidon iustificantur q̄ apostolis illi crediderūt. Non quæras tempora cum credētium in tuearis salutē. In Capharnaū autē quæ interpretat uilla pulcherrima, condemnatur incredula Hierusalem, cui dicitur per Ezechielem: Iustificata est Sodoma ex te.

e ¶ In illo tempore, respondens Iesus dixit: Confiteor tibi pater &c.] Cōfessio nō semper poenitentiam, sed & gratiarum actio nem significat, ut in psalmis sapissime legitur. Audiant quæ saluatorem nō natum, sed creatū calumniantur, quod patrem suum uocet cœli & terræ dominū. Si enim & ipse creatura est, & creatura conditorem suum patrem appellare potest: stultum fuit non & sui & cœli ac terræ dominum uel patrem similiter appellare.

f Quia abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus.] Gratias agit & exultat in patre, quod apostolis sui aduentus aperuerit sacramēta, quæ ignorauerint scribæ & pharisæi, qui sibi sapientes uidentur, & in conspectu suo prudentes. Iustificata est sapientia a filiis suis. **g** ¶ Ita pater, quoniā sic fuit placitum ante te.] Blandientis affectu loquitur ad patrem, ut coeptum in apostolis beneficium cōpleatur. **h** ¶ Omnia mihi tradita sunt a patre meo.] Et tradentem patrem & accipientē filium mystice intellige. Alioquin si iuxta fragilitatem nostram sentire uoluimus, cū coeperit habere qui accipit, incipiet non habere qui dedit. Tradit autē sibi omnia, non cœlū & terrā & elementa intelligenda sunt, & cætera quæ ipse fecit & condidit: sed & hi qui per filiū accessum habent ad patrem, & ante rebelles deum postea sentire coeperunt. **i** ¶ Et nemo nouit filium nisi pater, neq; patrē quis nouit nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare.] Aliud est naturæ æqualitatem nosse q̄ noueris, aliud reuelantis dignatione. **k** ¶ Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis.] Gratia onera esse peccati, & Zacharias propheta testatur, dicens iniquitatem sedere super talentum plumbi. Et psalmista complorat: Iniquitates meæ aggrauatæ sunt super me. Vel certe eos qui grauissimo legis iugo premebantur ad euāgelij inuitat gratiā. **l** ¶ Iugū enim &c.] Quo modo leuius lege euāgelium: cum in lege homicidium, in euāgelio ira damnetur: Quia ratione euāgelij gratia facilius, cum in lege adulteriū, in euāgelio concupiscentia puniat. In lege multa præcepta sunt, quæ apostoli non posse

Cap. xii

In illo

Cap. xii

In illo

Cap. xii

In illo

Cap. xii

In illo

Cap. xii

In illo

Cap. xii

In illo

Cap. xii

In illo

Cap. xii

In illo

Cap. xii

In illo

Cap. xii

In illo

Cap. xii

In illo

Cap. xii

In illo

Cap. xii

In illo

Cap. xii

In illo

Cap. xii

In illo

Cap. xii

In illo

Cap. xii

A posse compleri, plenissime docet. In lege opera requiruntur, quæ qui fecerit, uiuet in eis. In euangelio uoluntas quaritur, quæ etiam si effectum non habuerit, tamen primum non amittit. Euangelium ea præcipit quæ possimus, ne scilicet concupiscamus, hoc in arbitrio nostro est.

Lex cum uoluntatem non punit: punit effectum, ne adulterium facias. Finge in persecutione aliquam uirginem prostitutam. Hac apud euangelium, quia uoluntate non peccat, uirgo suscipitur: in lege quasi corrupta repudiatur. Cap XII

In illo tempore, abiit Iesus sabbato &c.]

In alio quoque euangelio legimus, quod propter nimiam importunitatem, nec uescendi quidem habebant locum, et ideo quasi homines esuriebat. Quod autem spicas segetum manibus confricant, & in ediam consolantur: uitæ austerioris indicium est, non præparatas epulas sed cibos simplices quarerent. b ¶ Pharisei autem uidentes dixerunt &c.] Nota quod primi apostoli saluatoris, litteram sabbati destruunt, aduersum Hebionitas, qui cum ceteros recipiant apostolos, Paulum quasi

transgressorē legis repudiant. c ¶ At ille dixit eis: Non legistis quid fecerit Dauid &c.] Ad confutandam calumniam phariseorum, ueteris recordatur historia, quando Dauid fugiens Saulem uenit in Nobem, & ab Achimelech sacerdote susceptus, postulauit cibos: qui cum panes laicos non haberet, dedit ei consecratos, quibus non licebat uesci nisi solis sacerdotibus & leuitis. Et hoc tantum interrogauit si essent mundi pueri à mulieribus: & illo respondente, ab heri & nudius tertius, non dubitauit panes dare: melius arbitratus, propheta dicente: Misericordiam uolo & non sacrificium: de famis periculo homines liberare, quod deo offerre sacrificium: Hostia enim placabilis deo hominum salus est. Opponit ergo dominus & dicit: Si & Dauid sanctus est, & Achimelech pontifex à uobis non reprehenditur, sed legis uterque mandatum probabili excusatione transgressi sunt: & famis in causa est, cur eandem famem non probatis in apostolis quam probatis in cæteris? Quamquam & in hac magna distantia sit. Isti spicas in sabbato manu confricant, illi panes comederunt leuiticos, & ad sabbati solennitatem accedebant Neomeniarum dies, quibus in conuiuio requisitus fugit ex aula regia. Obserua quod panes propositionis nec Dauid, nec pueri acciperent, antequam se à mulieribus mundos esse responderent. d ¶ Aut non legistis in lege, quia sabbatis sacerdotes in templo sabbatum uiolant, & sine crimine sunt? ¶ Calumniimini, inquit, discipulos meos cur per segetes transeuntes spicas truerint, & hoc fecerint famis necessitate cogente, cum ipsi sabbatum uiolent in templo immolantes uictimas, cædentes tauros, holocausta super lignorum struem incendio concremantes, & iuxta alterius euangelij fidem: Circūcidentes paruulos in sabbato,

ut dum aliam legem seruare cupitis, sabbatum destruat: Nunquam autem leges dei sibi contrariae sunt. & prouident ubi transgressionis discipuli sui argui poterant, Dauid & Achimelech dicit exempla sectatos: ueram autem & absque necessitatis obtentu sabbati prauaricationem

in ipsos refert qui calumniam fecerant.

e ¶ Dico autem uobis quia templo maior est hic &c.] Hic non pronomen sed aduerbiū loci est, quod maior templo sit locus qui dominum templi teneat. f Si autem sciretis quid est, misericordiam &c.] Quid sit, uolo misericordiam & non sacrificium, supra diximus. Quod autem sequitur: Nunquam condemnassetis innocentes: de apostolis intelligendum est. Et est sensus. Si misericordiam comprobastis Achimelech, eo quod fame periclitantem refocillauerit Dauid & pueros eius, quare discipulos meos condemnatis qui nihil tale fecerunt?

g ¶ Et cum transisset inde uenit in synagogam eorum, & ecce homo manum habens &c.] Tertiusdecimus iste est qui curat in synagoga. Et notandum quod non in itinere & foris

sed in conciliabulo Iudaeorum manus arida fuerit sanata. b ¶ Et interrogabant eum dicentes: Si licet sabbato curare &c.] Quia destructionem sabbati quam pharisei in discipulis arguebant, probabili exemplo excusauerat, ipsum calumniari uolunt: & interrogant utrum liceat curare in sabbatis, ut si non curauerit, crudelitatis aut imbecillitatis: si curauerit, transgressionis accusaret. i ¶ Ipse autem dixit eis: Quis &c.] Sic soluit propositam questionem, ut interrogantes auaricie condemnaret. Si uos, inquit, in sabbato ouem & aliud quodlibet animal in foueam decidens eripere festinatis, non animali sed uestra auaricie consulentes: quanto magis ego hominem, qui multo melior est oue, debeo liberare? k ¶ Tunc ait ille. &c.] In euangelio quo utuntur Nazareni & Hebionita, quod nuper in Graeco de Hebraeo sermone transulimus, & quod uocatur à plerisque Matthæi autenticum, homo iste qui aridam habet manum, cementarius scribitur: istiusmodi uocibus auxilium precans: Cementarius eram manibus uictum quaritans, precor te Iesu, ut mihi restituas sanitatem, ne turpiter mendicem cibos. Usque ad aduentum saluatoris arida manus in synagoga fuit Iudaeorum, & dei opera non fiebant in ea: postquam ille uenit in terras, reddita est in apostolis credentibus dextera & operi pristino restituta. l ¶ Exeuntes autem &c.] Quod dominus molitur insidias, liuor in causa est. Quid enim fecerat ut phariseos ad interfectionem sui prouocaret? nepe quod homo extenderat manum. Quis enim phariseorum in die sabbati non extendit manum portans cibos, calicem porrigens, & cetera quæ uictui necessaria sunt? Si ergo manum extendere & alimēta subleuare uel potui, in sabbato non est criminis, cur hoc in alio arguunt quod ipsi facere coarguuntur: præ-

d 114
II

b 115
X

c 116
II

D

d 117
IIII

Reg. 116

Of. 6.6

A tur, praesertim cum iste cemetarius nichi tale portauerit, sed ad praecceptum domini solam extenderit manum: **a** ¶ Iesus autem sciens recessit inde &c.] Sciens insidias eorum quod uellent perdere saluatorem suum, recessit inde, ut pharisaeis contra se occasionem impietatis auferret.

b ¶ Ecce puer meus quem elegi &c.] Per **c** 118 Esaiam prophetam ex persona patris hoc dicitur: Ponam spiritum meum super eum. Spiritus ponitur non super dei uerbum, & super unigenitum qui de sinu processit patris, sed super eum, de quo dictum est: Ecce puer meus. **c** ¶ Neque audiet quis in plateis uocem eius.] Lata enim **f** 119 & spaciofa uia quae ducit ad perditionem, & multi ingrediuntur per eam: Qui multi uocem non audiunt saluatoris, quia non sunt in arta uia, sed in spaciofa. **d** ¶ Arundinem quassatum non confringet &c.] Qui peccatori non porrigit manum, nec portat onus fratris ui, iste calamum quassatum confringit. **B** Et qui modicam scintillam fidei continet in paruis, hic linum extinguit fumigans. Quorum Christus utrumque non fecit: ad hoc enim uenerat, ut saluum faceret quod perierat.

e Tunc oblatus est ei daemonium habes.] **k** 123 Tria signa simul in uno homine perpetrata sunt: Cacus uidet, mutus loquitur, possessus a demone liberatur. Quod & tunc quidem carnaliter factum est, sed & quotidie completur in conuersione credentium, ut expulso demone, primum fidei lumen aspiciat: deinde in laudes dei tacentia prius ora laxetur. **f** ¶ Iesus autem sciens cogitationes &c.] Turbae stupebant & confitebantur eum qui tanta signa faciebat esse filium Dauid: pharisaei uero opera dei principi demoniorum deputabant. Quibus dominus non ad dicta sed ad cogitata respondit, ut uel sic compellerentur credere potentiae eius qui cordis uidebat occulta. **g** ¶ Si satanas satanam eijcit, aduersus se diuisus est &c.] Non potest regnum & ciuitas contra se diuisa peristere. Sed quomodo concordia paruae res crescunt, ita discordia maxima dilabuntur. Si ergo satanas pugnat contra se, & daemon inimicus est demonis, deberet iam mundi uenisse consummatio, ut non haberent in eo locum aduersariae potestatis, quarum inter se bellum, pax hominum est. Si autem putatis describere & pharisaei, quod recessio demonum obediencia sit in principem suum, ut homines ignorantes fraudulenta simulatione deludant, quid potestis dicere de corporum sanationibus quas dominus perpetravit? Aliud est si membrorum quoque debilitates & spiritualium uirtutum insignia

daemonibus assignatis. **h** ¶ Si ego in Beelzebub eijcio demonia, filij uestri in quo eijciunt? Ideo ipsi iudices uestri erunt.] Filios Iudaorum, uel exorcistas gentis illius ex more significat, uel apostolos ex eorum stirpe generatos. Si exorcistas qui ad inuocationem dei eijciebant damo-

nes, coartat interrogatione prudenti, ut confiteantur spiritus sancti esse opus. Quod si expulso demonum, inquit, in filiis uestris deo non demonibus deputat, quare in me idem opus non eandem habeat causam? Ergo ipsi iudices uestri erunt, non potestate sed coparatione, dum illi expulsionem demonum deo assignant: uos Beelzebub principi demoniorum. Sin autem de apostolis dictum est, quod & magis intelligere debemus, ipsi erunt iudices eorum, quia sedebunt in duodecim sedibus iudicantes duodecim tribus Israel. Si autem ego in spiritu dei eijcio daemones, in Luca istum locum ita scriptum legimus: Si autem ego in digito dei eijcio daemones. Iste est digitus quem continentur & magi, qui contra Moysen & Aarone signa faciebant, dicentes: Digitus dei est iste, quo tabulae lapideae scriptae sunt in monte Sina. Si igitur manus & brachium, dei filius est, & digitus eius spiritus sanctus: patris & filij & spiritus sancti una substantia est: non te scandalizet membrorum inaequalitas, cum adificet unitas corporis.

k ¶ Igitur peruenit in uos regnum dei.] Vel seipsum significat, de quo in alio loco scriptum est: Regnum dei intra uos est. Et: Medius stat inter uos quem nec scitis: Vel certe illud regnum quod & Ioannes & ipse dominus praedicauerat: Poenitentiam agite, appropinquabit enim regnum coelorum. Est & tertium regnum scripturae sanctae quod auferetur a Iudaeis, & tradetur genti facienti fructus eius. **l** ¶ Aut quomodo potest quisquam intrare domum fortis & uasa eius diripere, nisi prius alligauerit fortem, & tunc domum illius diripiet.] Non debemus esse securi: Aduersarius noster fortis, uictoris quoque uocibus comprobatur. Domus illius mundus, qui in maligno positus est, non creatoris dignitate, sed magnitudine delinquentis: Vasa eius nos quondam fuimus. Alligatus est fortis & religatus in tartarum, & domini contritus pede: & direptis sedibus tyranni, captiua dicta est captiuitas. **m** ¶ Qui non est mecum, contra me est: & qui non congregat mecum, spargit &c.] Non putet hoc quisquam de haereticis dictum & schismaticis, quanquam & ita ex superfluo possit intelligi: sed ex consequentibus textuque sermonis, ad diabolum refertur, eo quod

Luc. 11
Ioan. 14
Supra
Infra

A quod non possint opera saluatoris Beelzebub operibus comparari. Ille cupit animas hominū tenere captiuas, do minus liberare. Ille prädicat idola, hic unius dei noticiā. Ille trahit ad uitia, hic ad uirtutes reuocat. Quomodo ergo possunt inter se habere cōcordiam quorum opera diuersa sunt. **a** ¶ Et

quicumq; dixerit uerbum cōtra filium hominis, remittetur ei: qui autē dixerit cōtra spiritum sanctū. ¶ Et quomodo quidā nostrorū episcopos atq; presbyteros post blasphemiam spiritus sancti in suū recipiūt gradum, cū saluator dicat, omne peccatū & blasphemiam dimitti hominibus: qui autē in spiritū sanctū blasphemauerit, non dimittit ei, neque in præsenti tempore neq; in futuro: Nisi forte il

Mat. 3. d

B lud de Marco euāgelista sumamus exemplum, qui causas tantae irae manifestius expressit, dicens: Quia dicebāt, spiritum immūndum habet. Ergo quicumq; opera saluatoris Beelzebub principii demoniorū deputarit, & dixerit filium dei habere spiritum immūndum: huic nullo tēpore blasphemia remittetur. Vel ita locus iste intelligendus est. Qui uerbum dixerit contra filiū hominis scandalizatus carne mea, & me hominē tantum arbitrans, quod filius sim fabri, & fratres habeam Iacobū & Ioseph & Iudā, & hominē uorator & uini potator sim, talis opinio absque blasphemia, quanquam culpa non careat, erroris tamē habet ueniam propter corporis uilitatem. Qui autem manifeste intelligens opera dei, cum de uirtute negare non possit, eadem stimulatus inuidia calumniatur, & Christum dei q; uerbum & opera spiritus sancti dicit esse Beelzebub: isti non dimittetur neq; in præsenti seculo neq; in futuro. **b** ¶ Aut facite arborē bonam, & fructum eius bonum, aut facite arborē malam & fructum &c. ¶ Constringit eos syllogismo quem Graeci uocant *ἀπομύκτωρ*, nos inuitabilem possumus appellare, qui interrogatos hinc inde concludit, & utroq; cornu premit. Si, inquit, diabolus malus est, bona opera facere non potest. Si autem bona sunt quae facta cernitis, sequitur ut non sit diabolus qui ea facit. Neq; enim fieri potest ut ex malo bonum, aut ex bono oriatur malum. Quod autem sequitur. **c** ¶ Progenies uiperarum quomodo potestis &c. ¶ Ostendit illos arborē malam, & tales asserre fructus blasphemiae redundantes, qualia habeant semina diaboli. **d** ¶ Bonus homo de bono thesauro &c. ¶ Vel ipsos Iudeos dominum blasphemantes ostendit de quali thesauro blasphemias proferant, uel cum superiori quaestione haeret sententia, quod quomodo non possit bonus homo proferre mala, nec malus bona: sic non possit Christus mala, & diabolus bona opera facere. **e** ¶ Dico autem uobis, quoniam omne uerbum ociosum &c. ¶ Hoc quoque haeret cum superioribus. Et est sensus. Si ociosum uerbum quod nequaquam aedificat audientes, non est absq; periculo eius qui loquit, & in die iudicii redditurus est

unusquisque rationem sermonum suorum, quanto magis uos qui opera spiritus sancti calumniamini, et dicitis me in Beelzebub principe demoniorum eicere daemonia: reddituri estis rationem calumniae uestrae: Ociosum uerbum est, quod sine utilitate & loquentis dicitur & audi

dientis: si omissis serijs de rebus friuolis loquamur, & fabulas narremus antiquas. **l** 124

Caterum qui scurrilia replicat, & cachinnis ora dissoluit, & aliquid profert turpitudinis, hic non ociosi uerbi, sed criminosi tenebitur reus. **f** ¶ Tūc

responderunt ei &c. **m** 125

Magister uolumus. ¶ Sic lignum postulat, **n** 126

quali quae uiderāt signa non fuerint. Sed in alio euāgelista quod petant plenius explicatur. Volumus autē te signum uidere de coelo. Vel in morem Hebraeorum ignem de sublimi uenire cupiebant, uel in similitudinem Samuelis tempore asti

uo cōtra naturam loci mugire tonitrua, coruscare fulgura, imbres ruere, quasi non possint & illa calumari & dicere ex occultis & uarijs aeris passionibus accidisse. Nā q calumiaris ea quae

oculis uides, manu tenes, utilitate sentis: quid facturus es de his quae de coelo uenerint? Utq; respondebis, & magis in Aegypto multa signa fecisse de coelo. **g** ¶ Aut illis: generatio mala & adultera &c. ¶ Egregie dixit adultera, quia dimiserat uirum, & iuxta Ezechielem multis se amatoribus copulauerat. **h** ¶ Signū quærit, & signum nō dabitur illi, nisi signum Iona prophetae. Sicut enim fuit Iona in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terrae tribus diebus & tribus noctibus &c. ¶ De hoc loco plenius in commentarijs Iona prophetae disputauimus: ad illum ergo locum lectoris diligentia remittimus, hoc breuiter nunc dixisse contenti, quod synecdochice totum intelligatur ex parte: nō quod omnes tres dies & tres noctes in inferno dominus steterit, sed quod in parte pasceus & dominicae, & tota die sabbati, tres dies & totidem noctes intelligantur. **i** ¶ Viri Ninuiuae surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam &c. ¶ Non sententiae potestate, sed cōparationis exemplo. **k** ¶ Et ecce plusquam Iona hic &c. ¶ Hic, aduerbium loci non pronomen intelligas. Iona secundum Lxx, interpretes triduo praedicauit, ego tanto tempore. Ille Assyrijs genti incredulae, ego Iudaeis populo dei. Ille peregrinis, ego ciuibus. Ille uoce locutus est simplici, nihil signorum faciens, ego tanta faciens signa, Beelzebub calumniam sustineo. Plus ergo est Iona hic: id est, in praesentiarum inter uos. **l** ¶ Regina austri surget in iudicio cum generatione ista & condemnabit eam, quia uenit à finibus terrae audire sapientiam Salomo. &c. ¶ Eodem modo condemnabit regina austri populum Iudaeorum, quo condemnabunt uiri Ninuiuae Israelē incredulum. Ista autem est regina Saba, de qua in Regum uolumine & in Paralipomenon legimus, quae per tantas difficultates, gente sua & impe

Exod. 7. et 8

Ezech. 16. d

Ione. 2. b

d rio le

Ario derelictis, uenit in Iudæam audire sapientiam Salomonis, & ei multa munera detulit. In Niniue autem et in regina Saba occulta fides nationum præfertur Israeli.

a ¶ Cum autem immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida quærens requiem &c.] Quidam istum locum de hæreticis dictum putant, quod immundus spiritus qui in eis antea habitauerat quando gentiles erant, ad confessionem ueræ fidei efficiatur: postea uero cum se ad hæresim transtulerint, & simulatis uirtutibus ornauerint domum suam, tunc alijs septem nequam spiritibus adiunctis, reuertatur ad eos diabolus, & habitet in illis, fiatque nouissima eorum peiora prioribus. Multo quippe peiori conditione sunt hæretici quam gentiles, quia in illis spes fidei est: in istis pugna discordiæ. Cum hæc intelligentia plausum quædam & colorem doctrinæ præferat, nescio an habeat ueritatem. Ex eo enim quod finita uel parabola uel exëplo sequitur: Sic erit et generationi huic pessima: compellimur non ad hæreticos & quoslibet homines, sed ad Iudæorum populum referre parabolam: ut contextus loci non passim & uagus in diuersum fluctuet, atque insipientium more turbetur, sed hærens sibi uel ad priora uel ad posteriora respondere. Immundus spiritus exiit a Iudæis, quando acceperunt legem, & ambulauit per loca arida quærens sibi requiem. Expulsus uidelicet a Iudæis, ambulauit per gentium solitudines, quæ cum postea domino credidissent, ille non inuento loco in nationibus dixit: **b** ¶ Reuertar in domum meam &c.] Hoc est, abibo ad Iudæos quos ante dimiseram. **c** ¶ Et ueniens inuenit uacantem, scopis mundatam &c.] Vacabat enim templum Iudæorum, & Christum hospitem non habebat dicentem: Surgite eamus hinc. Et in alio loco: Dimittetur uobis domus uestra deserta. Quia igitur & dei & angelorum præsidia non habebant, & ornati erant superfluis obseruationibus legis, & traditionibus pharisæorum: reuertitur diabolus ad sedem suam pristinam, & septenario sibi numero demonum addito, habitat pristinam domum, & fiunt illius populi nouissima peiora prioribus. Multo enim nunc maiori demonum numero possidentur blasphemantes in synagogis suis Christum Iesum, quam in Aegypto posseti fuerant ante legis noticiam: quia aliud est uetustum non credere, aliud eum non suscepisse qui uenerit. Septenarium autem numerum adiunctum diabolo, uel propter sabbatum intellige, uel propter numerum spiritus sancti, ut quomodo in Esaia super uirgam de radice Iesse, & florem qui de radice conscendit, septem spiritus uirtutum descendisse narrantur, ita e contrario uiciorum numerus in diabolo consecratus sit. **d** ¶ Adhuc eo loquente ad turbas, ecce mater eius & fratres &c.] Occupatus erat dominus in opere sermonis, in doctrina populorum, in officio prædicandi: mater & fratres ueniunt & foris stant, & ei desiderant loqui: Tunc quidam nunciat saluatori

q 129
V

r 130
II

a 131
II

B

Ioan. 14. d
Luc. 13. b

Esa. 11. d

nabit eam, quia uenit a finibus terræ audire sapientiam Salomonis. Et ecce plus quam Salomon hic. ¶ Cum autem immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida quærens requiem, & non inuenit. Tunc dicit: Reuertar in domum meam unde exiui. Et ueniens inuenit uacantem, scopis mundatam et ornata. Tunc uadit & assumit septem alios spiritus secum nequiores se, & intrantes habitant ibi, & fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Sic erit & generationi huic pessima. Adhuc eo loquente ad turbas, ecce mater eius & fratres stabant foris quærentes loqui ei. Dixit autem ei quidam: Ecce mater tua & fratres tui foris stant quærentes te. At ipse respondens dicenti sibi, ait: Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? Et extendens manum in discipulos suos, dixit: Ecce mater mea & fratres mei. Quicumque enim fecerit uoluntatem patris mei qui in cælis est, ipse meus frater, & soror, & mater est.

Cap. XIII

In illo die exiens Iesus de domo, sedebat secus mari. Et congregata sunt ad eum turbæ multæ, ita ut nauiculam ascendens sederet, & ois turba stabat in littore: & locutus est eis multa in parabolis, dicens: Ecce exiit qui

seminat

quod mater sua & fratres stent foris, quærentes eum. Vi. c. deus mihi iste qui nunciat, non fortuito & simpliciter nunciare, sed insidias tendere saluatori, utrum spirituali operi carnem & sanguinem præferat. Vnde & dominus, non quod negaret matrem & fratres exire contempsit: sed quod

responderet insidiantibus, extendens manum in discipulos, ait:

e ¶ Ecce mater &c.] Isti sunt mater mea, qui me quotidie in credendum animis generant. Isti sunt fratres mei, qui faciunt opera patris mei. Non ergo iuxta Marcionem & Manichæum matrem negauit, ut natus de phantasmate putaretur: sed apostolos cognationi prætulit, ut & nos in comparatione dilectionis carni spiritum præferamus. Ecce mater tua, & fratres tui foris stant quærentes te. Quidam fratres domini de alia uxore Ioseph filios suscipiunt, sequentes deliramenta apocryphorum, & a quadam Escha muliercula confingentes. Nos autem sicut in libro quæ contra Heluidium scriptum continetur: fratres domini, non filios Ioseph, sed consobri-

nos saluatoris Mariæ liberos intelligimus materteræ domini, quæ esse dicitur mater Iacobi minoris, & Ioseph & Iudæ, quos in alio euangelij loco fratres domini legimus appellatos. Fratres autem consobrinus dici, omnis scriptura demonstrat. Dicamus & aliter: Saluator loquitur ad turbas, intrinsecus erudit nationes. Mater eius & fratres, hoc est, synagoga & populus Iudæorum foris stant, & intrare desiderant, & sermone eius indigni fiunt. Cum rogauerint & quæsierint & nuncium miserint, responsum accipiunt: liberi eos esse arbitrij, & intrare posse si uelint & ipsi credere: qui tamen intrare non poterunt nisi alios rogauerint.

Cap. XIII

In illo die exiens Iesus de domo, sedebat secus mare, & congregata sunt ad eum turbæ multæ, ita ut in nauiculam ascenderet &c.] Populus domum Iesu non poterat intrare, nec esse ibi ubi apostoli audiebant mysteria. Idcirco miserator & misericors dominus egreditur de domo sua: & sedet iuxta huius seculi mare, ut turbæ congregentur ad eum, & audiant in littore quæ intus non merebantur audire: ita ut in nauiculam ascendens sederet, & omnis turba staret in littore. Iesus in medijs fluctibus, hinc inde mari tundit, & in sua maiestate securus, appropinquare facit terræ nauiculam suam. At populus nequaquam periculum sustinens, nec tentationibus circumdatus, quæ ferre non poterat, stat in littore fixo gradu ut audiat quæ dicuntur. **g** ¶ Et locutus est eis multa in parabolis dicens.] Turba non unius sententiæ est, sed diuersarum in singulis uoluntatum. Vnde loquitur ad eam in multis parabolis, ut iuxta uarias uoluntates, diuersas reciperet disciplinas. Et notandum quod non omnia locutus sit eis in parabolis, sed multa. Si enim dixisset omnia in parabolis, absque emolumento populi accessissent. Perspicua mihi scet obscuris, ut per ea quæ intelligunt, prouocent ad eorum noticiam quæ non intelligunt. **b** Ecce exiit &c.] Intus erat, domus

Ami uersabatur, loquebatur discipulis sacramenta. Exiit ergo de domo sua qui seminat uerbum dei, ut seminaret in turbis. Significatur autem sator iste qui seminat esse filius dei, & patris in populis seminare sermonem. Et simul obserua hanc esse primam parabolam, quae cum interpre-

luis grauitate audierunt. Ac ne forte arbitremur crassitudinem cordis, & grauitatem aurium naturae esse non uoluntatis, subiungit culpam arbitrij & dicit: **g** ¶ Et oculos suos clauferunt, ne quando oculis uideant, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur &c.] In para-

bolis ergo audiunt & in anigmate, qui clausis oculis nolunt cerne re ueritatem. **b** ¶ Vestri autem beati oculi quia uident, & aures uestrae quia audiunt.] Nisi supra legissemus auditores ad intelligendum prouocatos, saluatore dicente: qui habet aures audiendi audiat: putaremus nunc oculos & aures quae beatitudinem accipiunt carnis intelligi. Sed mihi uidetur illi beati oculi, qui possunt Christi cognoscere sacramenta, & quos leuari Iesus in sublimi precepit, ut cadescentes segetes aspiciant, & illae aures beatae, de quibus Esaias loquitur: Dominus apposuit mihi auriculam. **i** ¶ Amen quippe dico uobis, quia multi &c.] Videtur huic loco illud esse contrarium quod alibi dicitur: Abraham cupiuit diem meum uidere, & uidit, & latatus est. Non autem dixit omnes prophetae & iusti cupierunt uidere quae uidentur: sed, multi. Inter multos potest fieri, ut alij uiderint, alij non uiderint: licet in hoc periculosa sit interpretatio, ut inter sanctorum merita, discretionem quolibet facere uideamur. Ergo Abraham uidit in anigmate, uidit in specie: uos autem in praesentiarum tenetis, & habetis domi-

b 132

v

c 135

i

psal. 50. b

d 134

v

c 135

ii

Gen. 3. c

d 2

seculi

seminat seminare. Et dum seminat, quaedam ceciderunt secus uiam, & uenerunt uolucres coeli & comederunt ea. Alia autem ceciderunt in petrosa ubi non habebant terram multam, & continuo exorta sunt, quia non habebant altitudinem terrae. Sole autem orto aestuauerunt, & quia non habebant radicem aruerunt. Alia autem ceciderunt in spinas, & creuerunt spine & suffocauerunt ea. Alia autem ceciderunt in terram bonam, & dabant fructum, aliud centesimum, aliud sexagesimum, aliud tricesimum. Qui habet aures audiendi, audiat. Et accedentes discipuli, dixerunt ei: Quare in parabolis loqueris eis? Qui respondens, ait illis: Quia uobis datum est nosse mysteria regni coelorum, illis autem non est datum. **b** Qui enim habet, dabitur ei, & abundabit: qui autem non habet, & quod habet auferetur ab eo. **c** Ideo in parabolis loquor eis, quia uidentes non uident, & audientes non audiunt neque intelligunt, ut adimpleatur in eis propheta Esaias, dicentis: Auditum audietis, & non intelligetis: & uidentes uidebitis, & non uidebitis. Incrassatum est enim cor populi huius, & auribus grauitate audierunt. Et oculos suos clauferunt, ne quando uideant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur & saluemur eos. **d** Vestri autem beati oculi, quia uident: & aures uestrae, quia audiunt. Amen quippe dico uobis, quia multi prophetae & iusti cupierunt uidere quae uidentis, & non uiderant: & audire quae auditis, & non audierunt. **e** Vos ergo audite parabolam seminantis. Omnis qui audit uerbum regni & non intelligit, uenit malus & rapit quod seminatum est in corde eius, hic est qui secus uiam seminatus est. Qui autem super petrosa seminatus est, hic est qui uerbum audit, & continuo cum gaudio accipit illud: Non habet autem in se radicem, sed est temporalis. Facti autem tribulatione & persecutione propter uerbum, continuo scandalizatur. Qui autem semina-

natus est

num uestrum, & ad uoluntatem interrogatis & conuersi mini ei. **k** ¶ Omnis qui audit uerbum regni & non intelligit &c.] Hoc praemittens hortatur nos, ut quae dicuntur diligentius audiamus. **l** ¶ Venit malus & rapit quod seminatum est in corde eius &c.] Malus bonum semen rapit: Et simul intellige quod in corde fuerit seminatum, & diuersitas terrae, animae sint credentium. **m** ¶ Facta autem tribulatione & persecutione propter uerbum, continuo scandalizatur &c.] Attende quod dictum sit, continuo scandalizatur. Est ergo aliqua distantia inter eum qui multis tribulationibus poenisque compellitur Christum negare, & eum qui ad primam persecutionem statim scandalizatur & corrumpit. **n** ¶ Qui autem seminatus est in spinis, hic est &c.] Mihi uidetur & illud quod iuxta litteram ad Adam dicitur: Inter spinas & tribulos panem tuum manducabis: hoc significare mystice, quod quicumque

Et cauendum est ubicumque dominus exponit sermones suos, & rogatur a discipulis intrinsecus differit, ne uel aliud uel plus quod uelimus intelligere quam ab eo expositum est. **a** ¶ Quaedam ceciderunt secus uiam &c.] Hanc parabolam ad comprobendam haereseos suam Valentinus assumit, tres introducens naturas, spirituales, animales, atque terrenas, cum hic quatuor sint, una iuxta uiam, alia petrosa, tertia plena spinis, quarta terrae bonae. Differimus parum interpretatione eius, cum discipulis uolentes secrete audire. Quod dicitur: **b** ¶ Qui habet aures.] prouocatur ad dictorum intelligentiam, quoties his sermonibus commone-mur. **c** ¶ Et accedentes discipuli.] Quare dum est quomodo accedat ad eum discipuli, cum Iesus in nauis sedeat: nisi forte intelligi datur, quod dum cum ipso nauem conscenderint, & ibi stantes super interpretatione parabolae scienciatum sunt. **d** ¶ Qui enim habet dabit ei &c.] Non inaequalitate iudicij habetibus additur, & non habentibus id quod habere uidentur auferi: sed quod apostolis in Christo habetibus fide, etiam si quid minus uirtutum habeant conceditur. Iudaeis autem qui non crediderunt in filium dei, etiam si quid per naturam bonum possident, tollitur. Neque enim possunt aliquid sapienter intelligere qui caput non habent sapientiae. **e** Ideo in parabolis loquor.] Haec de his loquitur qui stant in littore, & diuiduntur ab Iesu, & sonitu fluctuum perstreperunt, non audiunt ad liquidum quae dicuntur: Impletur quod in eis propheta Esaias: Auditum audietis, & non intelligetis: & uidentes uidebitis, & non uidebitis. Haec de turbis prophetata sunt, quae stant in littore, et dei non merentur audire sermonem. Accedamus ergo & nos cum discipulis ad Iesum, & rogemus eum discessionem parabolae, ne cum turbis frustra aures & oculos habere uideamur. **f** ¶ Incrassatum est enim cor populi huius, & auribus grauitate audierunt.] Reddit causas quare uidentes non uideant, & audientes non audiant: Quia incrassatum est, inquit, cor populi huius, & auribus

A se seculi uoluptatibus deditur curisq; istius mundi, panem coelestem & cibum uerum inter spinas comedit. Et eleganter adiunxit: fallacia diuitiarum suffocat uerbum. Blandæ enim sunt diuitiæ, & aliud agentes & aliud pollicentes. Lubrica est earum possessio, dum huc illucq; circumferuntur, & instabili gradu uel habentes deserunt, uel non habentes refarciunt. Vnde & dominus diuites asserit difficulter intrare in regnum celorum, suffocantibus diuitijs uerbum dei & rigorem uirtutum emollientibus.

X ¶ Qui uero in terram bonam seminatus est, hic est q; audit uerbum & intelligit, & fructum facit. Sicut in terra mala tres fuere diuersitates, scilicet uia, & petrosa, & spinosa loca: sic in terra bona trina diuersitas est, centesimi, sexagesimi & tricesimi fructus. Et in illa autem & in ista non mutat substantia, sed uoluntas, & tam incredulorum q; credentium corda sunt quæ semen recipiunt. Venit

g 37 inquit, malus & rapit
II quod seminatum est
B in corde eius, & secundo ac tertio: hic est, ait, qui uerbum audit. In expositiõe quoq; terræ bonæ, iste est q; audit uerbum. Primum ergo debemus audire, deinde intelligere, & post intelligentiam fructus reddere doctrinarum, & facere uel centesimum fructum, uel sexagesimum, uel tricesimum, de quibus plenius in libro contra Iovinianum diximus, & nunc breuiter perstringimus: Centesimum fructum uirginibus, sexagesimum uiduis & continentibus: tricesimum casto matrimonio deputantes. Honorabiles enim nuptiæ & cubile immaculatum. Quidam nostrum, centesimum fructum ad martyres referunt: quod si ita est, sancta consortia nuptiarum excluduntur a fructu bono. b ¶ Aliam parabolam &c.] Hæc secunda parabola est cum interpretatione sua non statim posita, sed interiectis alijs parabolis edisserata. Hic enim proponitur, & postea dimissis turbis uenitur domum, & accedunt ad eum discipuli eius rogantes: Dissere nobis parabolam zizaniorum agri, & reliqua. Non ergo debemus præpropere intelligendi desiderio ante eius noticiam quærere q; a domino differatur.

c ¶ Aliam parabolam proposuit eis dicens &c.] Sedebat dominus in nauis, & turba stabat in littore: illi procul discipuli uicinius audiebant. Proponit eis & aliam parabolam, quasi diues paterfamilias inuitatos diuersis reficiens cibis, ut unusquisq; secundum naturam stomachi sui uaria alimenta susciperet. Vnde & in prior parabola non dixit alteram, sed aliam. Si enim præmisisset alteram, expectare tertiam non poteramus: præmisit aliam, ut plures sequantur. d ¶ Simile est &c.] Non sit molestus lectori, si totas parabolam proponimus. Quæ enim obscura sunt, plenius differenda sunt, ne breuitate nimia inuol-

uantur magis sensus q; exponantur. Regnum celorum: c prædicatio euangelij est, & noticia scripturarum quæ ducit ad uitam, & de qua dicitur ad Iudæos: Auferetur a uobis regnum dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Simile est ergo huiusmodi regnum grano sinapis, quod accipiens homo seminauit in agro suo. Homo qui seminat in agro suo, a plerisque saluator intelligitur, qd in animis creditur seminet: Ab alijs, ipse homo seminans in agro suo: hoc est, in semetipso & in corde suo. Quis est iste qui seminat, nisi sensus nobis & animus: qui suscipiens granum prædicationis, & fouens se mentem humore fidei, facit in agro sui pectoris pullulare: Prædicatio euangelij minima est omnibus disciplinis. Ad primam quippe doctrinam fidem non habet ueritatis, hominem deum, mortuum, & scandalum crucis prædicat. Confer huiusmodi doctrinam dogmatibus philosophorum, & libris eorum & splendori eloquentiæ, & compositioni sermonum, & uidebis quanto minus sit ceteris seminibus sementis euangelij. Sed illa quæ creuerit, nihil mordax, nihil uiuidum, nihil uitale demonstrat, sed totum flaccidum marci-

natus est in spinis, hic est qui uerbum audit, & sollicitudo seculi istius & fallacia diuitiarum suffocat uerbum, & sine fructu efficitur. Qui uero in terram bonam seminatus est, hic est qui audit uerbum & intelligit, & fructum facit, & aliud quidem centesimum, aliud sexagesimum, aliud uero tricesimum. f Aliam parabolam proposuit illis dicens: Simile est regnum celorum homini qui seminauit bonum semen in agro suo. Cum autem dormirent homines, uenit inimicus eius & superseminauit zizania in medio tritici, & abiit. Cum autem creuisset herba & fructum fecisset, tunc apparuerunt & zizania. Accedentes autem serui patrisfamilias, dixerunt ei: Domine, nonne bonum semen seminasti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania? Et ait illis: Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei: Vis, imus & colligimus ea? Et ait: Non, ne forte colligentes zizania eradicetis simul cum eis & triticum. Sinite utraq; crescere usque ad messem, & in tempore messis dicam messoribus: Colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum: triticum autem congregate in horreum meum. g Aliam parabolam proposuit eis, dicens: Simile est regnum celorum grano sinapis, quod accipiens homo seminauit in agro suo, quod minimum quidem est omnibus seminibus. Quum autem creuerit, maius est omnibus holeribus, & fit arbor, ita ut uolucres celi ueniant & habitent in ramis eius. h Aliam parabolam locutus est eis. Si-

dumq; & mollitum ebullit in holera & in herbas quæ cito arescunt & corruunt. Hæc autem prædicatio quæ parua uidebatur in principio, cum uel in anima creditis, uel in toto mundo facta fuerit: non exurgit in holera, sed crescit in arborem, ita ut uolucres celi, quas uel animas credentium, uel fortitudines dei seruiuo mancipatas sentire debemus, ueniant & habitent in ramis eius. Ramos puto euangelicæ arboris, quæ de grano sinapis creuerit, dogmatum esse diuersitates, in quibus supradictarum uolucrum unaquaq; requiescit. Assumamus & nos penas columbæ, ut uolitantes ad altiora, possimus habitare in ramis huius arboris, & nidulos nobis facere doctrinarum, terrenaq; fugientes ad coelestia festinare. Multi legentes granum sinapis minimum omnibus seminibus, & illud quod in euangelio a discipulis dicitur: Domine adauge nobis fidem, & respondetur eis a saluatore: Amen dico uobis, si habueritis fidem quasi granum sinapis, & dixeritis monti huic, migra de loco isto, migrabit: putat apostolos uel paruam fidem petere, uel dominum de paruâ fide dubitare, cum apostolus Paulus fidem grano sinapis comparatam maximam iudicet. Quid enim dicit: Si habuero tantam fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Ergo quod dominus dixit, fide fieri quæ grano sinapis comparatur: hoc Apostolus docet tota fide posse fieri. e ¶ Aliam parabolam &c.] Diuersus est hominum stomachus: alij amarioris, alij dulcioris, alij austerioribus, alij lenibus delectantur cibis

A tur cibis. Proponit itaq; dominus ut iam supra diximus, diuerſas parabolas, ut iuxta uulnerum uarietates & medicina diuerſa ſit. Mulier iſta quæ fermentum accepit, & abſcondit illud in farina ſatis tribus, donec fermentaretur totū, uel prædicatione mihi uideat apostolica, uel eccleſia quæ de diuerſis gentibus congregata eſt.

Hæc tollit fermentum, noticiam ſcilicet & intelligentiā ſcripturarum, & abſcondit illud in farina ſatis tribus, ut ſpiritus, anima, & corp⁹ in unum redacta, non diſcrepent inter ſe, ſed cum duob⁹ & tribus cōueniant, imperent a patre qd cūq; poſtulauerint. Diſſeritur loc⁹ iſte & aliter. Legim⁹ in Platone, & philoſophorum dogma uulgatū eſt, tres eſſe in humana anima paſſiones, τὸ λογικὸν qd nos poſſumus interpretari rationabile, τὸ θυμικόν, qd dicim⁹ plenū iræ uel iracundiæ, τὸ κτηνικόν, quod appellam⁹ concupiſcibile: & putat ille philoſoph⁹ rationabile noſtrum in cerebro, iram in felle, deſiderium in iecore commorari. Et nos ergo ſi acceperimus fermentum euangelicum ſanctarum ſcripturarū, de quo ſupra dictum eſt, tres humane animæ paſſiones in unum rediguntur, ut in ratione poſſideamus prudentiam: in ira, oſtium contra uitia: in deſiderio, cupiditatem uirtutum, & hoc totum fiet per doctrinam euangelicam quam nobis mater eccleſia præſtat. Dicam⁹ & tertiam quorundā intelligentiā, ut curioſus lector e pluribus quod placuerit eligat. Mulierem iſtam & ipſi eccleſiæ interpretantur, quæ fidem hominis farina ſatis tribus commiſcuerit, creſcitati patris & filij & ſpiritus ſancti. Cumq; in unū fuerit fermentata, non nos ad triplicem deum, ſed ad unius diuinitatis perducit noticiā. Farina quoq; ſata tria, dum non eſt in ſingulis diuerſa natura, ad unitatem trahunt ſubſtantia. Pius quidem ſenſus, ſed nunquam parabola & dubia ænigmatum intelligentia, poteſt ad autoritatem dogmatum proſicere. Satum autem genus eſt menſura iuxta morem prouinciæ Palæſtinæ, unum & dimidium modium capiens. Dicuntur & alia de hac parabola, ſed non eſt præſentis materiæ totum de omnibus dicere.

B a ¶ Hæc omnia locut⁹ eſt Ieſus in parabolis ad turbas, & ſine parabolis non loquebatur eis. ¶ Non diſcipulis, ſed turbis per parabolas loquitur, & uſq; hodie turbæ in parabolis audiunt: diſcipuli domi interrogant ſaluatorem. b ¶ Vt impleteretur quod dictum eſt per prophetam dicentem: Aperiam in parabolis os meū &c. ¶ Hoc teſtimonium de ſeptuageſimo ſeptimo pſalmo ſumptū eſt. Legi in nonnullis codicibus, & ſtudioſus lector forte reperiet idipſum, in eo loco ubi nos poſuimus & uulgata habet æditio, ut impleteretur quod dictum eſt per prophetam dicentē, ibi ſcriptum, per Eſaiam prophetā dicentem. Quod quia minime inueniebatur in Eſaiā: arbitror poſtea a prudentibus uiris eſſe ſublato. Sed mihi uidetur in principio ita æditum: Quod ſcriptum eſt per Aſaph prophetam dicentem: Septuageſimus enim ſeptimus pſalmus, de quo hoc ſumptū eſt teſtimoniū: Aſaphi prophetæ titulo inſcribitur: Et primum ſcriptorem non intellexiſſe Aſaph, & putariſſe ſcriptoris uicium, atq; emē

daſſe nomen Eſaiæ, cuius uocabulum maniſeſtius erat. c Sciendum eſt itaq; quod in pſalmis & hymnis & canticis dei, non ſolum Dauid, ſed & ceteri, quorum præſcripta ſunt nomina, prophetæ ſint appellandi, Aſaph uidelicet & Idithum & Hemā Ezraites, & Aethan & filij Chore, &

reliqui quos ſcriptura commemorat. Qd⁹ ex pſona domini dicitur: Aperiam in parabolis os meū, eructabo abſcondita a conſtitutione mūdi: conſiderandum attentius & inueniendum deſcribi egreſſum Iſraelis ex Aegypto, & omnia ſigna narrari quæ in Exodi cōtinentur hiſtoria. Ex quo intelligimus uniuerſa illa quæ ſcripta ſunt parabolice ſentiēda, nec maniſeſtam tantū ſonare literam, ſed abſcondita ſacramenta, hoc enim ſe ſaluator dicturū eſſe promittit: Aperiens os ſuum in parabolis, & eructans abſcondita a conſtitutione mūdi.

c ¶ Tūc dimiſſis turbis uenit in domū, &

acceſſerunt ad eum diſcipuli eius, dicētes: ediffere nobis parabolam zizaniorum. ¶ Dimittit turbas Ieſus, & domum reuertitur, ut accedant ad eum diſcipuli, & ſecreto interrogent quæ populus nec merebatur audire, nec poterat. Diſſere nobis parabolam zizaniorum. d ¶ Qui reſpondens ait: Qui ſeminat bonum ſemen, eſt filius hominis. ¶ Perſpicue expoſuit quod ager mundus ſit: ſator filius hominis: bonum ſemen, filij regni, zizania filij peſſimi: zizaniorum ſator, diabolus, meſſis conſummatio mūdi: meſſores, angeli. Omnia ſcandala referuntur ad zizania: luſti reputantur in filios regni. Ergo ut ſupra dixi, quæ expoſita ſunt a domino, hiſ debemus accommodare fidem. Quæ autem tacita & noſtra intelligentiæ deſcripta, perſtringenda ſunt breuiter. Homines qui dormiunt, magiſtros eccleſiarum intellige. Seruos patriſamilias, ne alios accipias q̄ angeloſ, qui quotidie uident faciem patris. Diabolus autem propterea inimicus homo appellatur, quia deus eſſe deſiuit. Et in nono pſalmo ſcriptum eſt de eo: Exurge dñe, nō confortet homo. Quam obrē nō dormiat q̄ eccleſiæ præpoſit⁹ eſt, ne p̄ illius negligentiā inimicus homo ſuperſeminet zizania: hoc eſt, hæreticorū dogmata. Quod autē dicitur: Ne forte colligētes zizania, eradicetis ſimul & frumentum: datur locus poenitentia, & monemur ne cito amputemus fratrem: quia fieri poteſt, ut ille qui hodie noxio deprauatus eſt dogmate, cras reſiſcat, & defendere incipiat ueritatem. Illud quoq; quod ſequitur: Sinite utraq; creſcere uſq; ad meſſem: uidetur illi præcepto eſſe contrarium: Auferite malum de medio ueſtrum, & nequaquam ſocietatem habendam cum hiſ qui fratres nominentur, & ſunt adulteri & fornicatores. Si enim prohibetur eradicatio, & uſque ad meſſem tenenda eſt patientia, quomodo efficiendi ſunt quidam de medio noſtrum? Inter triticum & zizania, quod nos appellamus olium, quādiu herba eſt, & nondum culmus uenit ad ſpicam, grandis ſimilitudo eſt, & in diſcernēdo aut nulla aut p̄difficilis diſtinctio. Præmonet ergo dominus, ne ubi quid ambiguū eſt, cito ſententiam proferamus, ſed deo iudici terminum reſeruemus: ut cum dies iudicij tuerit, ille non ſuſpicionem cri

d 3 miniſ

i 139
VI

k 140
X

Deut. 15, b

A minis, sed manifestum reatum de sanctorum coetu eiciat. Quod autem dixit, zizaniorum fasciculos ignibus tradi, & triticum congregari in horrea, manifestum est hæreticos quosque & hypocritas fidei gehennæ ignibus concremandos: sanctos uero qui appellantur triticum, horreis, id est, mansionibus celestibus suscipi.

a ¶ Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris sui. In præsentis seculo fulget lux sanctorum coram hominibus: post consummationem autem mundi, ipsi iusti fulgebunt sicut sol in regno patris sui. **b** ¶ Simile est regnum celorum thesauro abscondito in agro, quem qui inuenit homo abscondit. Crebris parabolarum obscuritatibus retardati, commaticam interpretationem excedimus, ut propè de alio interpretationis genere ad aliud transisse uideamur. Thesaurus iste in quo sunt omnes thesauri sapientiae &

Col. 2. 4 scientiae absconditi, aut deus uerbum est, qui in carne Christi uidetur absconditus: aut

I 141 sancta scriptura, in qua

B bus reposita est noticia saluatoris: quem cum quis in eis inuenit, debet omnia istius mundi emolumenta contemnere, ut

m 142 illi possit habere quem

I reperit. Quod autem sequitur: Quem cum inuenit homo, abscondit: idcirco dicitur, non quod hoc de inuidia faciat, sed quod

timore seruantis & nolentis perdere, abscondat in corde suo, quem pristinis prætulit facultatibus. **c** ¶ Iterum simile est regnum celorum homini negociatori quærenti bonas margaritas &c. Alijs uerbis idipsum quod supra dicitur. Bonæ margaritæ quas quærit instructor, lex & prophetae sunt. Audi Marcion, audi Manichæ, Bonæ margaritæ sunt lex & prophetae, & noticia ueteris instrumenti. Vnum autem est preciosissimum margaritarum, scientia saluatoris & sacramentum passionis illius, & resurrectio nis arcanum. Quod cum inuenit homo negociator, si milis Pauli apostoli, omnia legis prophetarumque mysteria & obseruationes priuinas in quibus inculpate uiuerat, quasi purgamenta contemnit & quicquid illas, ut Christum lucrifaciat. Non quo inuentio nouæ margaritæ condemnatione sit ueterum margaritarum, sed quo comparatione eius omnis alia gemma uilior sit. **d** ¶ Iterum simile est regnum celorum sagenæ missæ in mare &c. Impleto Hieremiæ uaticinio dicentis: Ecce ego mittam ad uos piscatores multos: postquā audierunt Petrus & Andreas, Iacobus & Ioānes filij Zebedæi: Sequimini me, & faciam uos piscatores hominum: cōtexuerunt sibi ex ueteri & nouo testamento sagenam euangelicorum dogmatum, & miserunt eam in mare huius seculi, quæ usque hodie in me

Hiere. 16. c

dijs fluctibus tenditur, capiens de falsis & amaris gurgitibus quicquid inciderit: id est, & bonos homines & malos, & optimos pisces & pessimos. Cum autem uenerit consummatio & finis mundi, ut ipse infra manifestius disserrit, tunc sagenæ extrahetur ad littus, tunc uerū secernentur dorū piscium signū de-

monstrabitur, & quasi in quodā quietissimō portu, boni mittentur in uasa celestium mansionum: malos autem torredos & excandidos gehennæ flamma suscipiet. **e** ¶ Intellexistis hæc omnia? Dicunt ei: Etiam. Ad apostolos proprie sermo est, & illis dicitur: Intellexistis hæc omnia? Quos nō uult audire tantum ut populum, sed intelligere ut magistros futuros. **f** ¶ Ideo omnis scriba doctus &c. Instruendi erant apostoli, scribae & notarii saluatoris, qui uerba illius & præcepta signabāt in tabulis cordis carnalium, regnorum celestium sacramentis, & pollebant opibus patrisfamilias, eicientes de thesauro doctrinarum suarum noua & uetera, ut quicquid in euangelio prædicatione, legis & prophetarum uocibus comprobarent. Vnde & sponsa dicit in Cantico canticorum: Noua & uetera fratruelis me seruauit tibi. **g** ¶ Et factum est cum consummasset Iesus parabolas istas, transiit inde: et ueniens in patriam suam, docebat eos in synagoga eorum, ita ut mirarentur & dicerent: Vnde huic sapientia hæc & uirtutes? Nōne hic est fabri filius? Nōne mater eius dicitur Maria, & fratres eius Iacobus & Ioseph & Simon & Iudas? & sorores eius nōne omnes apud nos sunt? Vnde ergo huic omnia ista? & scandalizabatur in eo. Iesus autem dixit eis: Non est propheta sine honore, nisi in patria sua & in domo sua. Et nō fecit ibi uirtutes multas propter incredulitatem eorum.

Cap. xiiii

In illo

suam docebat eos in synagoga eorum. Post parabolas quas locutus est ad populum, & quas soli apostoli intelligunt, transiit in patriam suam, ut ibi apertius doceat. **b** ¶ Vnde huic sapientia hæc & uirtutes? Mirari stulticia Nazarenorum, mirantur unde habeat sapientiam sapientia, & uirtutes uirtus, sed error in promptu est, quod fabri filium suspicantur. **i** ¶ Nōne hic est fabri filius? Nōne mater eius dicitur Maria? & fratres eius Iacobus & Ioseph, Simon & Iudas &c. Error Iudæorum salus nostra est, & hæreticorum condemnatio. Intantum enim cernebāt hominem Iesum Christum ut fabri putarent filium. Nōne hic est fabri filius? Mirari si errent in fratribus, cum errent in patre. Locus iste plenius in supradicto contra Heluidium libello expositus est. **k** ¶ Iesus autem dixit eis: Non est propheta sine honore nisi in patria sua & in domo sua. Propter modum naturale est, ciues semper ciuibus inuidere. Non enim considerant præsentia uiri opera, sed fragilis recordatur infantia, quasi non & ipsi per eosdem ætatum gradus ad maturam ætatem uenerint. **l** ¶ Et non fecit ibi uirtutes multas propter incredulitatem. Non quod etiā illis incredulis facere nō potuerit uirtutes multas, sed ne multas faciens uirtutes, ciues incredulos condēnaret. Potest autem & aliter intelligi, quod Iesus despicitur

A clat in domo & in patria sua: hoc est, in populo Iudaeorum. Et ideo ibi pauca signa fecerit: ne penitus inexcusabiles fierent. Maiora autem signa quotidie in gentibus per apostolos facit: non tam in sanatione corporum quam in animarum salute.

CAP. XIII

I In illo tempore, audiuit Herodes tetrarcha famam Iesu, & ait pueris suis: Hic est Ioannes baptista: ipse surrexit a mortuis &c.] Quidam ecclesiasticorum interpretum causas quarum: quare Herodes ista sit suspicatus: ut putet a mortuis Ioannem resurrexisse, & ideo uirtutes operari in eo: quasi erroris alieni nobis reddenda sit ratio: aut *μυθισθησιν* secta ex his uerbis habeat occasionem: cum utique eo tempore quo Ioannes decollatus est, domini triginta esset annorum: *μυθισθησιν* autem post multos annorum circulos, in diuersa copora dicat animas insinuari.

b ¶ Herodes autem tenuit Ioannem & aligauit eum, & posuit

in carcerem propter Herodiadem uxorem Philippi fratris sui &c.] Verus narrat historia Philippum Herodis maioris filium, sub quo dominus fugit in Aegyptum, fratrem huius Herodis sub quo passus est Christus, duxisse uxorem Herodiadem filiam regis Aretae: postea uero focerum eius, exortis quibusdam contra generum similitudinibus, tulisse filiam suam, & in dolorem prioris mariti, Herodis inimici eius nuptiis copulasse. Quis sit autem hic Philippus, euangelista Lucas plenius docet: Anno quinto decimo imperij Tiberij Caesaris: procurante Pontio Pilato Iudaeam: Tetrarcha autem Galilaeae Herodes: Philippo uero fratre eius tetrarcha Itureae & Trachonitis regionis. Ergo Ioannes baptista qui uenerat in spiritu & uirtute Heliae, eadem autoritate qua ille Achab corripuerat & Iezabel: arguit Herodem & Herodiadem quod illicitas nuptias fecerint, & non liceat fratre uiuente germano uxorem illius ducere: malens periclitari apud regem, quam propter adulationem esse immemor praecceptorum dei. c ¶ Et uolens illum occidere timuit populum &c.] Seditione quippe populi uerebatur propter Ioannem, a quo sciebat turbas in Iordane plurimas baptizatas. Sed amore uincebatur uxoris, ob cuius ardorem etiam dei praeccepta neglexerat. d ¶ Die autem natalis Herodi, saltauit filia Herodiadis in medio: & placuit Herodi &c.] Nullum alium inuenimus obseruasse diem natalis sui, nisi Herodem & Pharaonem: ut quorum erat par impietas, esset & una solennitas. e ¶ Cum iuramento pollicitus est ei dare quodcumque postulasset ab eo &c.] Ego non excuso Herodem, quod inuitus & nolens propter iuramentum homicidium fecerit: qui ad hoc forte iurauit, ut futura occasione machinas prepararet. Alioquin si ob iusiurandum fecisse se dicit: si patris, si matris postulasset interitum, facturus fuerat an non? Quod in se ergo repudiaturus fuit, contemnere debuit & in propheta. f ¶ Da mihi, inquit, hic in disco caput Ioannis baptistae &c.] Herodias timens ne Herodes aliquando

respiceret: uel Philippo fratri amicus fieret: atque illicitae nuptiae repudio soluerentur: monet filiam ut in ipso festum conuiuio, caput Ioannis postulet: digno operi saltationis, dignum sanguinis praemium. g ¶ Et contristatus est rex &c.] Consuetudinis scripturarum est, ut opi-

nionem multorum sic narret historicus, q. d. 143 modo eo tempore ab omnibus credebatur. Sicut Ioseph ab ipsa quoque Maria appellabatur pater Iesu, ita & nunc Herodes dicitur contristatus: quia hoc discumbentes putabant. Dissimulauit enim mentis suae maliciam artifex hominida, cum tristitiam in facie, & laticiam haberet in mente. h ¶ Propter iusiurandum. i Scelus excusat iuramento: ut sub occasione pietatis impius fieret. Quod autem subiecit: Et propter eos qui pariter discumbabant: uult omnes sceleris sui esse cōsortes: ut in luxurioso impuro conuiuio cruenta epula deferretur. d. 144 i ¶ Et allatum est caput eius in disco, & attulit matri suae. j D

Legimus in Romana historia Flaminiū ducem Romanum, quod accumbenti iuxta meretriculae, quae nunquam se uidisse diceret hominem decollatum, assensus sit ut reus quidam capitalis criminis in conuiuio trun- caretur, a censoribus pulsus curia: quod epulas sanguini miscuerit, & mortem quamuis noxij hominis in alterius delicias praestiterit: ut libido & homicidium pariter miscerentur. Quanto sceleratior Herodes & Herodias, ac puella quae saltauit in precium sanguinis, caput postulat propheta: ut habeat in potestate linguam, quae illicitas nuptias arguebat. Hoc iuxta litteram factum sit: nos autem usque hodie cernimus in capite Ioannis prophetae, Iudaeos Christum, qui caput est prophetarum, perdidisse. k ¶ Et accedentes &c.] Refert Iosephus in quodam Arabiae oppido Ioannem capite truncatum. Et quod sequitur: Accedentes discipuli eius tulerunt corpus, & ipsius Ioannis & saluatoris discipulos possumus intelligere.

l ¶ Et uenientes &c.] Necem baptistae nuntiāt saluatori: qua audita, secessit in locum desertum. Non ut quidam arbitrantur timore mortis: sed parcēs inimicis suis, ne homicidio homicidium iungerent. Vel in diē paschae suū interitū differens: in quo propter sacramentū immolāndus est agnoscere, & postea credentium sanguine respergēdi. Siue ideo recessit, ut nobis praeberet exemplū uitandae ultro tradentium se temperantis: quia non omnes eadem constantia perseuerant in tormentis, quae se torquēdos offerunt. Ob hanc causam & in alto loco praecipit. Cum uos persecuti fuerint in ista ciuitate, fugite in aliam. Eleganter quoque euangelista non ait: fugit in locum desertum, sed secessit: ut persecutores uitauerit magis quam timuerit. Aliter: Postquam a Iudaeis & rege Iudaeorum propheta truncatum est caput, & linguam ac uocem apud eos perdidit propheta: Iesus transiit ad desertum ecclesiae locum: quae uirum ante non habuerat. m ¶ Et cum audissent turbae, sequuntur eum &c.] Potest & aliam ob causam audito Ioannis interitu secessisse in desertum locum

d. 4 ut crea

A ut credentium probaret fidem. Denique turbæ sequitæ sunt eum pedestres: non in iumentis: non in diuersis uehiculis, sed proprio labore pedum, ut ardorem mentis ostenderent. Si uolumus singulorum uerborum aperire rationes, propositi operis breuitatem excedimus. Attamen dicendum est transitorie: quod postquam dominus uenerit in desertum, sequitæ sunt eum turbæ plurimæ.

147 I Nam antequam ueniret in solitudines gentium, ab uno tantum populo colebatur. a ¶ Et exiens &c.] In euangelicis sermonibus semper litera iunctus est spiritus, & quicquid primo frigere uidetur aspectu, si tetigeris calet. In loco deserto erat dominus: sequitæ sunt eum turbæ relinquentes ciuitates suas: hoc est pristinas conuersationes, & uarietates dogmatum.

f 148 Egressus autem Iesus

v 1 significat quod turbæ

g 149 habuerint quidem eundi uoluntatem, sed

11 uires perueniendi non habuerint: Ideo saluator egreditur de loco suo, & pergit obuiam:

1111 B sicut & in alia parabola filio poenitenti occurrerat. Visaque turba miseretur, & curat languores eorum: ut fides plena statim primum consequatur. b ¶ Vespere autem facto accesserunt ad eum discipuli eius, dicentes: Desertus est locus, & hora iam præterijt: dimitte turbas ut euntes in castella emant sibi escas. Iesus autem dixit eis. Non habent necesse ire. Datè illis uos manducare. Responderunt ei: Non habemus hic nisi quinque panes & duos pisces. Qui ait eis: Afferte mihi illos huc. Et cum iussisset turbam discumbere super fœnum: acceptis quinque panibus & duobus piscibus, aspiciens in cœlum, benedixit & fregit: & dedit discipulis panes: discipuli autem dederunt turbis. Et manducauerunt omnes, & saturati sunt. Et tulērunt reliquias duodecim cophinos fragmentorum plenos. Manducantium autem fuit numerus quinque milia uiro- rum: exceptis mulieribus & paruulis. Et statim compul- sit Iesus discipulos suos ascendere in nauiculam, & præce- dere eum trans fretum, donec dimitteret turbas. Et dimissa turbam ascendit in montem solus orare. b Vespere autem fa- cto solus erat ibi. Nauicula autem in medio mari iactabat

fluctibus

Ioan. 6. a nes &c.] In alio euangelista legimus: Est hic quidam puer qui habet quinque panes, qui mihi uidetur significare Moysen. Duos autem pisces, uel utrumque intelligimus testamentum: uel quia par numerus refertur ad legem. Igitur apostoli ante passionem saluatoris & coruscationem euangelij fulgurantis non habebant nisi quinque panes & duos pisciculos: qui in salis aquis & in amaris fluctibus uersabantur. f ¶ Qui ait eis: Afferte mihi illos huc.] Audi Marcion: audi Manichæ: quinque panes & duos pisciculos ad se afferri iubet Iesus: ut eos sanctificet atque multiplicet. g ¶ Et cum iussisset turbam discumbere super fœnum &c.] Iuxta literam manifestus est sensus: spiritalis interpretationis sacramenta pandamus. Discumbere iubentur supra fœnum: & secundum alium euange- listam supra terram, per quinquagenos aut centenos: ut postquam calcauerint carnem suam, & omnes flores illius, & seculi uoluptates quasi arens fœnum sibi subiecerint: tunc per quinquagenarii numeri poenitentiam, ad perfectum centesimi numeri culmen ascendant. h ¶ Accep- tis quinque panibus & duobus piscibus, aspiciens in cœ- lum, benedixit & fregit, & dedit discipulis panes &c.]

Aspicit in cœlum, ut illuc oculos dirigendos doceat. c Quinque panes & duos pisciculos sumplit in manus, & fregit eos, tradiditque discipulis. Frangente domino, seminariū fit ciborum. Si enim fuissent integri, & non in frustra di- scerpti, nec diuisi in multiplicem segetem: turbas, & pue-

ros, & fœminas & tam- tam multitudinem alere non poterat. Fran- gitur ergo lex cum propheta, & in frustra di- scerpti, & eius in me- dium mysteria profe- runtur: ut quod inte- grum & permanens in statu pristino non ale- bat, diuisum in par- tes alat gentium mul- titudinem. i ¶ Di- scipuli autem &c.] Turbæ a domino per apostolos alimenta su- scipiunt. k ¶ Et tulerunt reliquias duode- cim cophinos &c.] Unusquisque aposto- lorum de reliquijs sal- uatoris implet cophi- num suum: ut uel ha- beat unde postea gen- tibus cibos prabeat: uel ex reliquijs doce- at ueros fuisse panes: qui postea multipli- cati sunt. Et simul qua- re quomodo in ere- mo & in tam uasta so- litudine panes non inueniantur nisi quinque tantum & duo pisciculi, & tam facile duodecim cophini replean- tur. l ¶ Manducantium autem fuit numerus quinque milia uiro- rum: exceptis mulieribus & paruulis &c.] Iuxta numerum quinque panum, & comedentium uiro- rum, quinque milium multitudo est. Necdum enim se- cundum alterius loci narrationem ad septenarium nu- merum uenerat: quæ qui comedunt, quatuor milia sunt, uicina euangeliorum numero. Comedunt autem quinque milia uiro- rum qui in perfectum uirum creuerant, & sequebantur eum de quo dicit Zacharias: Ecce uir, o- riens nomen eius. Mulieres autem & paruuli, sexus fra- gilis & ætas minor, numero indigni sunt. Vnde & in Numerorum libro quotiens sacerdotes atque leuitæ & ex- ercitus uel turbæ pugnantium describuntur, serui & mu- lieres & paruuli & uulgus ignobile, absque numero præ- mittitur. m ¶ Et statim compulsi discipulos suos as- cendere in nauiculam, & præcedere eum trans fretum, donec dimitteret turbas &c.] Discipulis præcepit trans- fretare, & compulsi ut ascenderent nauiculam: quo ser- mone ostenditur inuitos eos a domino recessisse: dum a- more præceptoris ne punctum quidem temporis ab eo uolunt separari. n ¶ Et dimissa turba, ascendit in mon- tem solus orare &c.] Si fuissent cum eo discipuli Petrus & Iacobus & Ioannes, qui uiderant gloriam transformati: forsitan ascendissent in montem cum eo: sed turba ad sub- limia sequi non potest, nisi docuerit eam iuxta mare in littore, & aluerit in deserto. Quod autem ascendit solus orare: non ad eum referas qui de quinque panibus, quinque milia saturauit hominum, exceptis paruulis & mulieribus: sed ad eum qui audita morte Ioannis secessit in soli- tudinem: non quod personam domini separemus: sed quod opera eius inter deum hominemque diuisa sint. o ¶ Na- uicula autem in medio mari iactabatur fluctibus: &c.] Recte quasi inuiti & retractantes apostoli a domino recesserant: ne illo absente, naufragia sustineret. Denique domino in montis

A montis cacumine cōmorante, statim uentus contrarius oritur, & turbat mare, & periclitatur apostoli: Et tādū imminens naufragiū perseverat, quamdiū Iesus ueniat.

a ¶ Quarta autem uigilia noctis uenit ad eos, ambulans supra mare &c.] Stationes & uigiliae militares in

terna horarū spacia diuiduntur. Quando ergo dicit: quarta uigilia noctis uenisse ad eos dominum: ostendit tota nocte periclitatos, & extremo noctis atq; in cōsummatione mūdi eis auxilium praebiturum.

b ¶ Et uidentes eum &c.] Si iuxta Marcionē & Manichaeū, dominus noster non est natus ex uirgine, sed uisus in phantasmate: quomodo nūc apostoli timent ne phantasma uideant?

c ¶ Et prae timore clamauerūt &c.] Con-

fusus clamor, & incerta uox, magni timoris indicium est.

d ¶ Statimq; Iesus locutus est eis, dicens: Habete fiduciā: ego sum, nolite timere.]

Quod primum uersabat in causa, hoc curat: & timētib; praecipit, dicens: Habete fiduciā, nolite timere. Et quod sequitur: Ego sum: nec subiungit quis sit: uel ex uoce sibi nota poterant eum intelligere, qui per obscurā noctis tenebras loquebatur: uel ipsum esse repete-

bant, quem loquutum ad Moysen nouerant: Haece dices filiis Israel: qui est, misit me ad uos. e ¶ Respondens autem Petrus, dixit: Domine, &c.] In omnib; locis ardentissimae fidei inuenitur Petrus. Interrogatis discipulis: quem homines dicerent Iesum, dei filium constitetur. Volentem ad passionem pergere, prohibet, & licet erret in sensu, tamen non errat in affectu: nō uolens eū mori, quem filium dei fuerat pauloante confessus. In montem cum saluatore inter primos primus ascendit, & in passione solus sequitur. Peccatum negationis quod ex repentino timore descēderat, amarissimē statim abluit lachrymis. Post passionem cum essent in lacu Genesareth & piscaretur, & dominus staret in litore: alijs paulatim nauigantibus, ille nō patitur moras: sed accinctus ependyte suo, statim praecipit in fluctus. Eodem igitur fidei ardore quo semper, nunc quoq; ceteris tacentibus credit se posse facere per uoluntatē magistrī, quod ille poterat per naturam. Iube me uenire ad te super aquas. Tu praecipe & illico solidabuntur undae: leue fiet corpus quod per se graue est. f ¶ Et descendens Petrus &c.] Qui putant domini corpus ideo nō esse uerū: quia super molles aquas, molle & aereum inceserit: respondeat quomodo ambulauerit Petrus: quem uerū hominē nō negabunt. g ¶ Videns uero uentū &c.] Ardebat animi fides, sed humana fragilitas in profundū trahebat. Paululū ergo relinquitur tentationi, ut augeatur fides, & intelligat se

non facilitate postulationis, sed potentia domini conseruatum. h ¶ Et continuo Iesus &c.] Si apostolo Petro, de cuius fide & ardore mentis supra diximus, qui confidenter rogauerat saluatorem, dicens: Domine, si tu es, iube me uenire ad te super aquas: quia paululū timuit di-

citur: Modicā fidei, quare dubitasti: quid nobis dicendum est, qui huius modicā fidei ne minimam quidem habemus portunculam? i ¶ Qui autem in nauicula.]

Ad unum signū tran-

quillitate maris red-

dita, quae post nimias

procellas interdū

& casu fieri solet, nau-

tae atq; uectores uere

filium dei cōstituntur,

& Arius in ecclesia

praedicat creaturam.

k ¶ Et cum transfre-

taissent, uenerūt &c.]

Si sciremus quid in

nostra lingua resona-

ret Genesareth, intel-

ligeremus quomodo

Iesus per typum apo-

stolorum & nauis, ec-

clesiam de persecutio-

ne & naufragio libe-

ratam transducit ad

littus, & in tranquillissi-

mo portu facit re-

quiescere. l ¶ Et cū

cognouissent &c.]

Cognouerūt eum ru-

more, nō facie: uel cer-

te pro signorum ma-

gnitudine, quae patra-

bat in populis, etiam

uultu plurimis notus

erat. Et uide quanta

sit fides hominū ter-

ra Genesareth: ut nō

praesentium tantum salute contenti sint, sed mittant ad alias per circuitum ciuitates, quo omnes currant ad me dicum. m ¶ Et obtulerunt ei &c.] Qui male se habēt, non tangant corpus Iesu: neq; totum uestimentum eius, sed extremam fimbriam, & quicunq; tetigerint sanabuntur. Fimbriam uestimenti eius, uel minimū mandatum intellige: quod qui transgressus fuerit, minimus uocabitur in regno coelorum. Vel assumptionem corporis, per quam uenimus ad uerbum dei, & illius postea fruimur maiestate. Cap. XV

Tunc accesserunt ad eum &c.] Mira phariseorum scribarumq; stulticia, dei filium arguunt: quare hominum traditiones & praecepta non seruet. o ¶ Non enim lauant manus suas, cum panem manducant &c.] Manus, id est, opera: non corporis utiq; sed animae lauantur: ut fiat in illis uerbum dei. p ¶ Ipse autem respondens, ait illis: Quare & uos &c.] Falsam calumniam uera responsione confutat: Cum, inquit, uos propter traditionem hominū praecepta domini negligatis, quare discipulos meos arguendos putatis, quod seniorum iussa paruipendāt, ut dei scita custodiāt. q ¶ Nā deus dixit: Honora patrem & matrem &c.] Honor in scripturis non tantum in salutationibus & officijs deferendis, quantum in elemosynis ac munerum oblatione sentitur. Honora, inquit Apostolus, uiduas, quae uere uiduae sunt: hic honor donum intelligitur. Et in alio loco: Presbyteri

i 151

X

h 152

VI

l 153

II

D

a 154

VI

1. Tim. 5.4

A Presbyteri duplici honore honorandi: maxime qui laborant in uerbo & doctrina dei. Et per hoc mandatum iubemur boui trituranti os non claudere. Et dignus sit operarius mercede sua. Præceperat dominus, uel imbecillitates, uel ætates, uel penurias parentum considerans,

ut filij honorarent, etiam in uita necessarijs ministrandis parentes suos. Hæc prouidentissimam dei legem uolentes scribæ & pharisæi subuertere: ut impietatem sub nomine pietatis inducerent, docuerunt pessimos filios: ut si quis ea quæ parentibus offerenda sunt, deo uolere uoluerit, qui uerus est pater: oblatio

b 155 domini præponatur
X parentum muneribus, uel certe ipsi parietes quæ deo consecrata cernebant, ne sacrilegij crimine incurrerent, declinantes, egestate cõficiabant. Atque ita fiebat ut oblatio liberorum sub occasione

c 156
V templi & dei, in sacerdotum lucra cederet. Hæc pessima pharisæorum traditio, de alia ueniebat occasio

d 157
VI ne. Multi habentes obligatos are alieno, & nolentes sibi creditum

reddere, delegabant sacerdotibus: ut exacta pecunia, ministerijs templi & eorum usibus deferuieret. Potest autem & hunc breuiter habere sensum: Munus quod ex me est, tibi proderit. Cõpellitis, inquit, filios, ut dicant parentibus suis: quodcumque donum oblaturus eram deo, in tuos consumo cibos: tibi quod prodest o pater & mater: ut illi timentes accipere quod deo mancipatum uideant, inopem magis uelint uitam ducere, quam comedere de consecratis. **a** ¶ Non quod intrat in os, coinquinat hominem, &c. ¶ Verbum communicat, proprie scripturarum est, & publico sermone non teritur. Populus ludæorum partem dei esse se iactitans, cõmunes cibos uocat, quibus omnes utuntur homines. Verbi gratia: suillam carnem, ostreas, lepores, & istiusmodi animantia, quæ ungulam non findunt, nec ruminant, nec squamosa in piscibus sunt. Vnde & in Actibus apostolorum scriptum est: Quod deus sanctificauit, tu ne cõmune dixeris: Cõmune ergo quod ceteris hominibus patet, & quasi non est de parte dei, pro immundo appellatur. Non quod intrat in os, coinquinat hominem: sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem. Opponat prudens lector & dicat: Si quod intrat in os, non coinquinat hominem: quare idolothytis non uestimur? Et Apostolus scribit: Non potestis calicem domini bibere, & calicem demoniorum. Sciendum igitur quod ipsi quidem cibi & dei creatura, per se omnis munda sit: sed idolorum ac demonum inuocatio ea faciat immunda. **b** ¶ Tunc accedentes discipuli eius dixerunt ei: &c. ¶ Ex uno sermone omnis superstitio obseruationum Iudæarum fuerat elisa: qui in cibis sumendis abominandisque, religionem suam sitam arbitrantur. Et quia crebro teritur in ecclesiasticis scripturis, scãdalum: breuiter dicamus quid significet. *σκανδαλον* & scandalum, nos offendiculum, uel ruinam & impactionem pedis possumus dicere. Quando ergo legimus: Quicumque

morte moriatur. Vos autem dicitis: Quicumque dixerit patri uel matri: munus quodcumque est ex me, tibi proderit: & non honorificabit patrem suum aut matrem suam: & irritum fecistis mandatum dei propter traditionem uestram. Hypocrite, bene prophetauit de uobis Esaias, dicens: Populus hic labijs me honorat: cor autem eorum longe est à me. Sine causa autem colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum. Et conuocatis ad se turbis, dixit eis: Audite & intelligite. Non quod intrat in os, coinquinat hominem: sed quod procedit ex ore, hoc communicat hominem. **b** Tunc accedentes discipuli eius, dixerunt ei: Scis quia pharisæi audito uerbo hoc scandalizati sunt? At ille respondens, ait: Omnis plantatio quam non plantauit pater meus cœlestis eradicabitur. **c** Sinite illos, cæci sunt, duces cæcorum. Cæcus autem si cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt. **d** Respondens autem Petrus, dixit ei: Ediffere nobis parabolam istam. At ille dixit: Adhuc & uos sine intellectu estis? Non intelligitis, quia omne quod in os intrat, in uentrem uadit, & in secessum emittitur? Quæ autem procedunt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominem.

de minimis istis scandalizauerit quempiam, hoc intelligimus, qui dicto factiue occasionem ruinæ cuiquæ dederit. **c** ¶ At ille respondens, ait: Omnis plantatio quam non plantauit &c. ¶ Etiam quæ plana uidentur in scripturis, plena sunt quæstionibus. Omnis, inquit, plantatio

quam non plantauit pater meus cœlestis, eradicabitur. Ergo eradicabitur & illa plantatio, de qua Apostolus ait: Ego plantauit, Apollo rigauit. Sed soluitur quæstio ex eo quod scribitur: Deus autem incrementum dedit. Dicit & ipse: Dei agricultura, dei ædificatio estis. Et in alio loco: Cooperatores dei sumus. Si autem cooperatores: igitur plantante Paulo, & rigante Apolline, deus cum operatoribus suis plantat & rigat. Abutitur hoc loco, qui diuersas naturas introducunt, dicentes: Si plantatio quam non plantauit pater, eradicabitur: ergo quæ plantauit ille, non potest eradicari. Sed audiatur illud Hieremias: Ego uos plantaui uineam ueram, quomodo uerfi estis in amaritudinem uitæ alie?

De Plantauit quidem deus, & nemo potest eradicare plantationem eius. Sed quoniã ista plantatio in uoluntate proprii arbitrij est, nullus alius eam eradicare poterit, nisi ipsa præbuerit assensum. **d** ¶ Sinite illos, cæci sunt: duces cæcorum. Cæcus autem si cæco ducatum. ¶ Hoc est quod Apostolus præceperat: Hæreticum hominem post unam & alteram correptionem deuota: sciens quod peruersus sit huiusmodi, & a semetipso damnatus. In hunc sensum & saluator præcepit doctores pessimos dimittendos arbitrio suo: sciens eos difficulter ad ueritatem posse trahi, & cæcos esse, & cæcum populum in errorem trahere. **e** ¶ Respondens autem Petrus, dixit ei: Ediffere nobis parabolam istam &c. ¶ Quod aperte dictum fuerat, & patebat auditui, apostolus Petrus per parabolam dictum præstat, & in re manifesta mysticam quærit intelligentiam. Corripitur quæ a domino, quare parabole dictum putet, quod perspicue locutus est. Ex quo animaduertimus uitiosum esse auditorem: qui aut obscura manifeste, aut manifeste dicta obscure uelit intelligere. **f** ¶ Non intelligitis, quia omne quod in os intrat, in uentrem uadit, & in secessum emittitur? Quæ autem procedunt de ore &c. ¶ Omnia euangeliorum loca apud hæreticos & peruersos plena sunt scandali. Et ex hac sententia quidam calumniatur, quod dominus physica disputationis ignarus, putet omnes cibos in uentrem ire, & in secessum dirigi: cum statim infusa esca per artus & uenas ac medullas, neruosque fundantur. Vnde & multos qui uitio stomachi perpetem sustineant uomitum, post coenas & prandia, statim euomere quod ingesserint, & tamen corpulentos esse: quia ad primum tactum liquidioribus & potus per membra fundantur. Sed istiusmodi homines dum uolunt alterius imperitiam reprehendere, ostendunt suam. Quamuis enim tenuis humor & liquens esca, tamen cum in uenis & artubus concocta

A concocta fuerit & digesta, per occultos meatus corporis quos Graeci *πόροι* uocant, ad inferiora dilabitur, & in cessum uadit. a ¶ De corde enim exeunt &c.] De corde, inquit, exeunt cogitationes malae. Ergo animae principale non secundum Platonem in cerebro, sed iuxta Christum in corde est, &

arguendi ex hac sententia, qui cogitationes à diabolo immitunt, & non ex propria nasci uoluntate. Diabolus adiutor & incensor malarum cogitationum potest esse, autor esse non potest. Sin autem semper in insidijs positus, leuem cogitationum nostrarum scintillam suis fomitibus inflammari, non debemus optari eum cordis quod occulta rimari: sed ex corporis habitu & gestibus aestimare quid uersemus intrinsecus. Verbi gratia: si pulchram mulierem nos crebro uiderit inspicere, intelligit cor à moris iaculo uulneratum. b ¶ Et egressus inde Iesus secessit in partes Tyri & Sidonis &c.] Scribis & pharisaeis calumniatoribus derelictis, transgreditur in partes Tyri & Sidonis, ut Tyrios Sidoniosque curaret. Mulier autem Cananaea egreditur de finibus pristinis, ut clamans filiam impetret sanitatem. Obserua quod in quin-

todecimo loco filia Cananaea sanetur. c ¶ Miserere mei domine &c.] Inde non uocare filium David: quia egressa iam fuerat de finibus suis, & error Tyriorum ac Sidoniorum loci ac fidei commutatione dimiserat. d ¶ Filia mea male à daemonio uexatur &c.] Ego filiam Cananaeam, puto animas esse credentium: quae male à daemonio uexabantur ignorantes creatorem, & adorantes lapidem. e ¶ Qui non respondit ei &c.] Non de superbia pharisaica, nec de scribarum supercilio: sed ne ipse sententiae suae uideretur esse contrarius, per quam iusserat: In uiam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis. Notebat enim occasionem calumniatoribus dare: perfectamque salutem gentium, passionis & resurrectionis tempori seruabat. f ¶ Et accedentes discipuli eius rogabant eum, dicentes: Dimitte eam, quia clamat &c.] Discipuli illo adhuc tempore mysteria domini nescientes, uel misericordia commoti, rogabant pro Cananaea muliere, quam alter euangelista Syrophoenissam appellat: uel importunitate eius carere cupientes: quia non ut clementem, sed ut durum medicum crebrius inlamarer. g ¶ Ipse autem respondens ait: Non sum missus nisi ad oues quae perierunt domus.] Non quo & ad gentes non missus sit, sed quo primum missus sit ad Israel: ut illis non recipientibus euangelium, iusta fieret ad gentes transmigratio. Et significanter dixit: ad oues perditas domus Israel, ut ex hoc loco etiam unam erroneam ouem de alia parabola intelligamus. h ¶ At illa uenit & adorauit eum, dicens: Domine &c.] Mira

sub persona mulieris Cananitidis, ecclesiae fides, patientia & humilitas praedicatur. Fides, qua credidit sanari posse filiam suam. Patientia, qua totiens contempta, in precibus perseverat. Humilitas, qua se non canibus, sed catulis comparat. Canes autem ethnici propter idololat-

triam dicuntur, qui esui sanguinis dediti, & cadaueribus mortuorum feruntur in rabiem. Nota quod ista Cananitis perseveranter primum filium David, deinde dominum uocet, & ad extremum adoret uerum deum. i ¶ At illa dixit: Etiam domine &c.] Scio me, inquit, filiorum panem non mereri: nec integros posse capere cibos: nec se dere ad mensam cum patre, sed contenta sum reliquis catulorum: ut per humilitatem micarum, ad panis integri ueniam magnitudinem. O mirae rerum conuersio: Israel quondam filius, nos

canes. Pro diuersitate fidei, ordo nominum commutatur. De illis postea dicitur: Circumdederunt me canes multi. Et uidete canes: uidete malos operarios: uidete concisionem. Nos audimus cum Syrophoenissa, & muliere quae sanguine fluxerat: magna est fides tua: fiat

tibi sicut uis. Et: Filia, fides tua te saluam fecit. k ¶ Et cum transisset inde Iesus &c.] In eo loco ubi Latinus interpres transtulit, debiles: in Graeco scriptum est, *ἀσθενεῖς*: quod non generale debilitatis, sed unius infirmitatis est nomen: ut quomodo claudus dicitur, qui uno claudicat pede: sic *ἀσθενής* appelletur qui unam manum debilem habet. Nos proprietatem huius uerbi non habemus. Unde & in consequentibus euangelista ceterorum debiliu exposuit sanitates, horum tacuit. Quid enim sequitur? l ¶ Et curauit eos, &c.] De *ἀσθενεῖς* tacuit: quia quid e contrario diceret, non habebat. Hoc de uno uerbo. Intueamur autem quod sanata Cananaea filia, reuertatur ad ludam, & ad mare Galilaeae, & ascendat in montem, & quasi uis teneros fetus prouocet ad uolandum, ibique sedeant: & turba concurrant ad eum, deducentes siue portantes secum uarijs oppressos infirmitatibus: quos postquam curauit, dedit eis cibos, & hoc opere completo, ascendit in nauiculam, & uenit in fines Magedan. Et ascendens in montem, sedebat ibi, & accesserunt ad eum turbae. Obserua quod muti, claudi & caeci, ducuntur ad montem, ut ibi curentur à domino. m ¶ Iesus autem conuocatis discipulis suis, dixit: Misereor turbae &c.] Vult pascere quos curauit: prius aufert debilitates, ut postea sanis offerat cibos. Conuocat quoque discipulos suos, & quod facturus est, loquitur: ut uel magistris exemplum tribuat, cum minoribus atque discipulis communicanda esse consilia: uel ex consabulatione intelligant signi magnitudinem: respondentes se panes in eremo non habere: Misereor, inquit, turbae: quia triduo iam perseverant mecum, Misereor turbae, quia

e 158

V

f 159

VI

g 160

VI

p sal. 21. d

D

A quia in trium numero, patri, filio, spirituique sancto credebant. Et non habent quod manducet. Turba semper esurit, & cibis indiget, nisi saturetur a domino. Et dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in uia. Esuriebat post magnas debilitates: & per patientiam futuros expectabant cibos. Non uult eos Iesus dimittere ieiunos, ne deficiant in uia. Periclitatur ergo qui sine coelesti pane ad optatam mansiōnē peruenire festinat.

3. Reg. 19. b Vnde & angelus loquitur ad Heliam: Surge, & manduca: quia grādem uiam ambulaturus es. **a** ¶ Et dicunt ei discipuli: Vnde ergo? De hoc signo iam supra diximus, & eadem repetere, oculos est: tantum in his quae discrepant, immoremur. Supra legimus: Vespere autē facto, accesserunt ad

a 161 eum discipuli, dicens: Desertus est locus, & reliqua. Hic discipulis cōuocatis, ipse

b 162 dominus loquitur: Misereor turbam: quia triduo iam perseue-

c 163 rat mecum. Ibi quinque panes erant & duo piscis: hic septem panes & pauci pisciculi. Ibi super foenum discum

d 164 bunt: hic super terrā. Ibi qui comedunt, quinque milia sunt, iuxta panum numerum

e 165 quos comedunt, hic quatuor milia. Ibi duodecim cophini replentur de reliquijs fragmentorum: hic septem sportae. In superiori ergo signo, quia propinqui erant & uicini quinque sensuum: non ipse dominus eorum recordatur, sed discipuli, & recordantur uespere uicina nocte, & inclinante iam sole. Hic autē ipse dominus recordatur, & misereri se dicit, &

f 166 causam miserationis exponit: quia triduo iam perseuerant mecum, & dimittere eos ieiunos non uult: ne deficiant in uia. Isti qui de septem panibus hoc est, in sacramento a-

g 167 luntur numero atque perfecto, non sunt quinque milia, sed quatuor milia: qui numerus semper in laude ponitur, & quadrangulus lapis non fluctuat, & non est instabilis, & ob hanc causam etiam euangelia in eo numero consecrata sunt.

h 168 CAP. XVI. **E**t accesserunt ad eum pharisaei & Sadducei ten-

i 169 tantes, & rogauerunt eum ut signum de caelo ostenderet eis. **b** At illē respondens, ait illis: Facto uespere dicitis, serenum erit: rubicundum est enim caelum. & mane, hodie tempestas: rutilat enim triste caelum. Faciem ergo caeli diiudicare nostis: signa autem temporum non potestis scire. **c** Generatio mala & adultera signum quaerit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionaē prophetae. Et relictis illis abiit. Et cum uenissent discipuli eius trans fretum, obliti sunt panes accipere. **d** Qui dixit illis: Intuemini & caute a fermento Phariseorum & Sadduceorum. **e** At illi cogitabant inter se, dicentes: Quia panes non accepimus. Sciens autem Iesus dixit eis: Quid cogitatis inter uos modicae fidei: quia panes non habetis? Nondum intelligitis, neque recordamini quinque panum quinque milium hominum, & quot cophinos sumpsistis? Neque septem panum quatuor milium hominum, & quot sportas sumpsistis? Quare non intelligitis: quia non de pane dixi uobis: caute a fermento Phariseorum & Sadduceorum. Tunc intellexerunt, quia non dixerit, cauendum a fermento panum, sed a doctrina Phariseorum & Sadduceorum.

f 170 Tunc intellexerunt, quia non dixerit, cauendum a fermento panum, sed a doctrina Phariseorum & Sadduceorum.

g 171 Tunc intellexerunt, quia non dixerit, cauendum a fermento panum, sed a doctrina Phariseorum & Sadduceorum.

h 172 Tunc intellexerunt, quia non dixerit, cauendum a fermento panum, sed a doctrina Phariseorum & Sadduceorum.

i 173 Tunc intellexerunt, quia non dixerit, cauendum a fermento panum, sed a doctrina Phariseorum & Sadduceorum.

k 174 Tunc intellexerunt, quia non dixerit, cauendum a fermento panum, sed a doctrina Phariseorum & Sadduceorum.

l 175 Tunc intellexerunt, quia non dixerit, cauendum a fermento panum, sed a doctrina Phariseorum & Sadduceorum.

m 176 Tunc intellexerunt, quia non dixerit, cauendum a fermento panum, sed a doctrina Phariseorum & Sadduceorum.

n 177 Tunc intellexerunt, quia non dixerit, cauendum a fermento panum, sed a doctrina Phariseorum & Sadduceorum.

o 178 Tunc intellexerunt, quia non dixerit, cauendum a fermento panum, sed a doctrina Phariseorum & Sadduceorum.

p 179 Tunc intellexerunt, quia non dixerit, cauendum a fermento panum, sed a doctrina Phariseorum & Sadduceorum.

q 180 Tunc intellexerunt, quia non dixerit, cauendum a fermento panum, sed a doctrina Phariseorum & Sadduceorum.

r 181 Tunc intellexerunt, quia non dixerit, cauendum a fermento panum, sed a doctrina Phariseorum & Sadduceorum.

s 182 Tunc intellexerunt, quia non dixerit, cauendum a fermento panum, sed a doctrina Phariseorum & Sadduceorum.

t 183 Tunc intellexerunt, quia non dixerit, cauendum a fermento panum, sed a doctrina Phariseorum & Sadduceorum.

u 184 Tunc intellexerunt, quia non dixerit, cauendum a fermento panum, sed a doctrina Phariseorum & Sadduceorum.

nio non potuerunt intelligere saluatoris aduentum.

c ¶ Et relictis illis abiit. Et cum uenissent &c.] Relictis scribis & pharisaeis quibus dixerat: Generatio mala & adultera signum quaerit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionaē prophetae: recte abiit trans fretum, & gentium secutus est populum. Quid autē sibi uelit signum Ionaē, iam supra dictum est.

d ¶ Qui dixit illis: Intuemini &c.] Qui cauet a fermento pharisaeorum & sadduceorum, legis ac literae praecepta non seruat, traditiones hominum negligit, ut faciat mandatum dei. ¶ Sciens autē Iesus, dixit: Quid cogitatis &c.] Per occasionem praecepti quod saluator iusserat, dicens: caute a fermento pharisaeorum & sadduceorum: docet eos quid significant quinque panes, & septem: quinque milia hominum, & quatuor milia, quae passa sunt in eremo: quod licet signorum magnitudo perspicua sit, tamen & aliud in spirituali intelligentia demonstratur. Si enim d

fermentum pharisaeorum & sadduceorum non corporalem panem, sed traditiones praeuersas & haereticas significat dogmata: quae & cibi quibus nutritus est populus dei, non ueram doctrinam integramque significant. Quaeat aliquis & dicat: Quomodo panes non habebant, qui statim impletis septem sportis, ascenderunt in nauiculam: & uenerunt in fines Magedae: ibique audiuit nauigantes, quod cauere debeant a fermento pharisaeorum & sadduceorum? Sed scriptura testatur quod obliti sint eos

secum tollere. Hoc est fermentum, de quo & Apostolus loquitur: Modicum fermentum, totam massam corrumpit. Istiusmodi fermentum quod omni ratione uitandum est, habuit Marcion & Valentinus & omnes haeretici. Fermentum hanc uiam habet, ut si farina mixtum fuerit, quod paruū uidebatur, crescat in maius, & ad saporem suum uniuersam conspersionem trahat: ita & doctrina haeretica, si uel modicam scintillam in tuum pectus iecerit, in breui ingens flamma succrescit, & totam hominis possessionem ad se trahit. Denique sequitur: Tunc intellexerunt, quia non dixerat cauendum a fermento panum, sed a doctrina Phariseorum & Sadduceorum.

Commentarij secundi in Matthaeum finis.

Commentarium

Commentarium

Commentarium

Commentarium

Commentarium

Commentarium

Commentarium

Commentarium

Commentarium

Commentarium

Commentarium

Commentarium

Commentarium

Commentarium

Commentarium

Commentarium

Commentarium

Commentarium

Commentarium

Commentarium

Commentarium

Commentarium

Commentarium

Commentarium

Commentarium

Commentarium

Commentarium

Commentarium

Commentarium

Commentarium